
6
1 C
7





GRAECAE LINGUAE INSTITUTIONES

Aptiore Methodo & Auctiore

CONCINNATAE


A JANUARIO SANCES DE LUNA

E

SOCIETATE JESU

IN

Suorum Auditorum Usum







NEAPOLI, CIↃ. IↃ. CC.LI.

CUDEBANT BENEDICTUS, ET IGNATIUS GESSARI.

SUPERIORUM PERMISSU.

PARENTI SUAVISSIMO

S. IGNATIO LOJOLAE

JANUARIUS SANCES DE LUNA
E SOCIETATE JESU.





IBI, Parens Optime ac Sanctissime, vigiliolas hasce meas inscribo, seu verius resigno. Etenim hoc qualecumque opus nullo sane

 nomi-

nomine meum appellari potest, quo non item ad te pertineat. Tua est, tuisque utitur legibus hæc Societas Jesu, cui me inde a prima juventute adjunxi: & quæ mihi ad hæc ipsa studia excolenda, quorum specimen profero, opportunitatem, incitamenta, facultatem, copiam demum omnem abunde suffecit. Quare, quum fructus omnes ad eum jure spectent, cujus in ditione est fundus ipse, in quo proveniunt; uni Tibi hæ nuncupandæ lucubrationes erant, quæ Auctorem habent Alumnum Familiæ tuæ. Præterea nullus dubito, quin hoc a me officii genus accipias libentissime. Novi quam impense olim literas excolueris, quum ageres inter mortales. Viget etiam nunc recordatio tui hac in re exempli plane egregii atque admirandi; quum minime erubueris, confirmata jam ac prorsus virili ætate, palæstram ingredi, versari cum pueris, condiscere elementa ipsa Grammaticæ, tirocinium ponere eximiæ eruditionis, cujus ope atque ornamento te minime destitui oportebat, qui divinam tibi gloriam ex Animarum lucro amplificandam unice proposueras. Atque

hoc

hoc ipſum veræ ſolidæque doctrinæ comparandæ ſtudium, tamquam perpetuum certiſſimumque patrimonium Familiæ huic tuæ reliquiſti: cui non es arbitratus fore, ut ſatis provideretur earum ſanctione legum, quæ communirent Pietatem, religioſamque Perfectionem adjuvarent, niſi etiam graviſſimas conſtitutiones adderes, in quibus univerſa diſcendi docendique ratio, quæ apud nos obtinet, deſcriberetur. Et quum nulla fere facultas ſit, cui non aliquid operæ tribuere debeamus; tamen, ſi partium noſtrarum bene memores eſſe volumus, atque ad ipſam inſtitutionum tuarum normam ſtudia exigere (a); diligentiſſimi ſimus neceſſe eſt in aſſequenda externorum Idiomatum cognitione, Hebraici præſertim, & hujus Græcanici: ut nimirum divinam illam penitiſſimamque ſapientiam, quæ in ſacris Bibliis, &

 an-

(a) Conſtitut. Societ. Jeſu part. 4. cap. 5, 6, 13, & potiſſimum cap. 12, num. 2, hæc leguntur: *Et quia tam doctrina Theologiæ, quam ejus uſus exigit (his præſertim temporibus) litterarum Humaniorum, & Latinæ, ac Græcæ, & Hebraicæ linguæ cognitionem; harum etiam idonei Profeſſores, & quidem juſto numero conſtituentur.*

antiquissimorum Patrum scriptis continetur, non Interpretum studio translatam, & quasi ductam per rivos (quod raro sine incommodo aut detorsione aliqua fit), sed ex ipsis fontibus purius hauriamus. Quae proinde Graecae linguae cognitio, Te auctore atque hortatore, tanto apud nos in honore est, tantoque in pretio (*b*), ut, qui singulare ingenii ac sedulitatis specimen in hoc studiorum genere exhibent, eo se nomine haud parum commendent; immo

(*b*) Majores nostri, ut vestigiis Parentis optimi ac de literatorum familia benemerentissimi propius inhaererent, quidquid ad graecas literas addiscendas tradendasque conducere arbitrati sunt, sapientissimis legibus cautum voluerunt in *Ratione Studiorum*. Tum qui generalibus comitiis Congregat. VIII interfuerunt, singulari providentiae Praepositi Societatis commendarunt, ut graecarum literarum studia ubique gentium promoveret. En verba decreti XVI Congreg. VIII pag. 567. *Censuit Congregatio.... enixe commendandum P. Nostro, ut hanc curam promovendi litteras graecas, in quibus tanti est adjumenti ad omnes, quas profitemur, disciplinas capessendas atque tradendas, tantum luminis ad sacrorum Voluminum explanationem, tantum praesidii ad hereses expugnandas, tantum nostrae Societatis decoris & ornamenti, simulque gloriae Christi, & Ecclesiae Catholicae; non in minimis suae providentiae partibus collocet, &c.* Demum Generalis Congregatio IX maximum graecanicae linguae studiosis incitamentum addidit, ut nempe promoveretur ad Professionem quatuor Votorum (quod apud nos summi honoris est ac prope singularis), siquis graecum idioma affabre callere comperiretur. Extat decretum XXXII Congregat. General. IX, pag. 581, quod sic habet: *Auditores Theologiae, qui sub finem quarti anni mediocriter in Theologia profecisse invenientur, ad Professionem quatuor Votorum promovendi, si compertum sit, excellere illos in cognitione linguae Graecae cum sufficienti notitia Hebraicae.*

immo etiam defectum suppleant, si forte non nisi mediocriter in facultatibus aliis profecisse deprehendantur. Itaque, dum hæc tibi profero industriæ sollertiæque meæ argumenta, fore confido, ut ignoscas amesque Filium, in ceteris quidem omnino degenerem, at, quod attinet ad literarum cultum amoremque sapientiæ, voluntati obsequentem tuæ ac vestigiis inhærentem. Quod si aliquid mihi a Parente amantissimo ob nuncupationis hujus meritum polliceri jure possum, hoc unum rogo Te etiam atque etiam, ut a Deo O. M. prævalidam illam mihi uberemque gratiam consequaris, quæ jacentem hunc animum, ac magis magisque in dies de rerum caducarum pulvere sordescentem erigat aliquando, unoque cælestium amore rerum ac sincero beatæ Aeternitatis desiderio penitus imbuat.

LECTORI BENEVOLO

ΥΓΙΑΙΝΕΙΝ ΚΑΙ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ



Rodiere hactenus in vulgus Graecanicae linguae Institutiones tam multae, ut in silvam ligna congerere, καὶ γλαῦκ᾽ εἰς Ἀθήνας ferre ego videar, qui novas hasce edere cogitarim. Nec deerit fortasse, qui mihi vehementer succenseat, quasi vero ultra audeam majores nido pennas extendere, καὶ πρὸ τῆς γεράδος διδάσκειν; vel in tot Virorum principum, qui hac de re scripserunt, agmen irrumpere; vel, si Superis placet, detractum aliquid iis velle, eorumque laboribus pretium demere. Quam mihi notam ac labem ne quis forte inureret, initio quidem magnopere extimescebam. Sed aperiam ingenue, qui tandem nihilo secius animum adjecerim ad has Institutiones concinnandas vulgandasque, eademque opera hanc omnem a me invidiam deprecaturum me facile confido. Ante plures annos, quum in Graeca lingua condiscenda cognoscendaque accuratius aliquid studii posuissem, animadverti mihi quidem praeter ceteros hunc obicem obvenisse sane quam molestum, quod quum complura egregie pertractarentur in arte grammatica; tum vero Syntaxes Verborum ac Nominum, in quibus totius linguae cardo vertitur, molli fere brachio, nec satis distincte explicateque traderentur. Revocari ea videbam ad summa quaedam significationum capita; tum congeri in

in unum veluti acervum quotquot exempli caussa certo uni casui adjunguntur, cuicuimodi ea demum sint: nam cernere hic licet Activis Neutra, Deponentibus Impersonalia promiscue, quasi dissimiles visu formas, immisceri hactenus, quod cum ipsum casum forte secuta sint. Immo vero vix moneri Adolescentes, pleraque aliis subinde casibus copulari, multa pluribus, nec pauca excipi, necesse esse: ut ubique oporteat Lexica, Calligraphias, Phraseologias esse ad manus, quòd pauca admodum e Grammaticis possint extundi. Hinc offundi mihi tenebras dolebam, ac viros illos doctissimos querebar Adolescentium ingenia ex doctrina sua potius, quam ex communi conditione dimensos esse. Fatebar equidem τὰ ὀλίγια εἶναι ἄριστα, sed intelligebam homines, qui ex ipsis fontibus ejus linguæ peritiam penitus hauserant, sive metu, ne copia obrueret, seu quoquo alio consilio, delibasse pauca de multis, nec a vulgata id temporis methodo discedere voluisse: quibus quum prope nulla, ut in facultatibus ceteris, accessio deinceps facta sit, nec antiqua methodus hodie probetur omnibus, vix ea multorum ingeniis omnino satisfaciunt. Hæc ego quum versarem animo, in mentem venit, in meos dumtaxat usus privato studio potiora quædam seligere hinc & hinc, quæ græcam syntaxim illustrare viderentur. Itaque pervulgatam probatissimamque per hos dies Emmanuelis Alvari nostræ Soc. methodum sequutus ad illius quoque normam, quod fecisse adhuc vidi neminem, græcorum Verborum ordines dispescere, Nominum classes instruere, ceterarumque orationis partium munia dispertire cœpi, & quasi divulsa unius corporis membra suis locis, ut licuit, apte reponere. Tum multa resecui quæ supervacanea videbantur: multa addidi quæ præteriri sine dispendio non possent: singula vero exemplis aptissimis confirmare studui. Ad hæc, quum Conjugationum, & Declinationum præcepta, ne absterrerent Adolescentes, quoad ejus facere potui contraxissem, visum est adjectis

ubique

ubique earum Tabulis addiscentium memoriæ consulere: ac denique ipsas etiam Prosodiæ leges enucleatius, ac ni fallor, apertius exponere. Quo in labore, ne mihi quid arrogem præter industriam, e veteribus Grammaticis profecisse omnino me fateor, ac potissimum ex eruditissimis Societatis nostræ viris Jacobo Gretsero, Francisco Vigero, Philippo Labbè, & Guilielmo Baillio: neque enim quæcumque ea sunt, e mea penu hæc promere poteram: ut enim vetus fert parœmia, τοὺς βότρυας οὐ κύει ἄκανθα. *Quum vero in aliorum manus hæ lucubrationes forte venissent, institere docti quidam viri, quibus etiam auctoribus id operis ante susceperam, ut publici juris eas fieri sinerem, rati fore, ut cupidis harum literarum Adolescentibus, quibus excolendis Societas nostra late desudat, prodesse aliqua ex parte possent. Quid multa? his hortatoribus, quorum voces pro imperio erant, gerendum esse mihi morem judicavi. An vero ullum extiturum sit operæ pretium, tuum, Lector, esto judicium. Id modo enixe precor abs te, ut si quid inde utilitatis decerpas, in Deum unice referas auctorem: si quid vero, ut in tanta rerum silva, offenderim; ætati, operisque ipsius ambagibus benigne amanterque condones.*

SILVERIUS

SILVERIUS M. DE MICCO

E Soc. Jesu

PRAEPOSITUS PROVINCIALIS

In

Regno Neapolitano.

Quum librum, cui Titulus *Graecae linguae Institutiones aptiore methodo & auctiore concinnatae* a Januario Sances de Luna Societatis nostræ, humaniorum literarum Professore, compositum, aliquot ejusdem Societatis Theologi, quibus commissum fuit, recognoverint, & in lucem edi posse probaverint; facultate nobis a Patre nostro Francisco Retz Præposito Generali communicata, concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas; & Sigillo Societatis nostræ munitas dedimus.

Neapoli die 6 Julii anno salutis CIↃ. IↃ. CC. XXXXVIIII.

P. Silverius M. de Micco.

Locus ✠ Sigilli.

EMI-

EMINENTISSIMO SIGNORE.

BEnedetto, ed Ignazio Gessari pubblici Librari supplicando espongono all' Em. V., come desiderano dare alle stampe la *Grammatica Greca* del P. Gennaro Sances de Luna della Compagnia di Giesù. Per tanto supplicano la bontà dell' Em. V. commetterne la revisione; e l' avranno a grazia, ut Deus, &c.

Admodum Rever. P. Paschalis de Matthæis e Soc. Jesu sacræ Theologiæ Professor, ac Rector Domus Probationis ejusdem Societ. revideat. Datum Neap. 25. Augusti 1749.

JULIUS NICOLAUS TORNUS Episcopus Archad. Can. Deput.

I*Nstitutiones Græcæ linguæ a Januario Sances de Luna e Soc. Jesu, aptiore auctioreque methodo concinnatas*, quum Em. Tua jubente perlegerim, nihil in iis deprehendi, quod a rectæ Fidei Disciplinæque norma aberret; multa vero, quæ e græcis hausta fontibus, accurateque digesta, munire viam juventuti ad ejus linguæ cognitionem facile possint. Quamobrem typis committi, siquidem Em. Tua annuat, posse censeo.

Neapoli e Domo Probationis S. J. prid. kal. Jun. 1750.

Paschalis de Matthæis e Soc. J.

Attenta relatione Rev. P. Revisoris imprimatur. Datum Neapol. hac die 4. *Nov.* 1750.

JULIUS NICOLAUS Episc. Archad.

S.R.M.

S. R. M.

BEnedetto, ed Ignazio Gessari posti a' piedi della M.V. umilmente la supplicano, come desiderano dare alle stampe la *Grammatica Greca* del P. Sances de Luna. Per tanto supplicano la M. V. di degnarsi ordinarne la revisione, e l'avranno a grazia, ut Deus, &c.

Admodum Rev. D. Antonius Genuensis in hac Reg. Stud. Univers. Profess. interin. in Cath. Eth. revideat, & in script. referat. Neap. die 21. Nov. 1749.

C. *GALIANUS Archiepiscopus Thessalon. Capellanus Major.*

INstitutiones linguæ Græcæ, quas vir cultissimus P. Januarius Sances de Luna S. J. acceptissima in scholis P. Emmanuelis Alvari ejusdem Societatis methodo adornavit, magna quidem animi voluptate perlegi. Nihil in iis offendi, quod minus aut cum obsequio in Regem & Remp., aut cum moribus consentiat; contra magnam inde in hujus linguæ studiosos tirones (an etiam paullo provectiores?) utilitatem, derivatum iri auguror. Itaque quin typis edi possint, si ἀκριβέστατον judicium tuum accesserit, ego quidem nihil ambigo. Neap. XII. Kal. Januar. ann. 1750.

Humillim. & addictiss. famulus
Antonius Genuensis Reg. Profess.

Die 18. *mensis Januarii* 1751.

Viso rescr. S. R. M. sub die 13. curren. mensis, & anni, ac suprascr. rel. facta per R. D. Antonium Genuensem de commiss. R. Capell. Maj. præv. ordin. præfat. R. M.

R.C.S. Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur, cum inserta forma præs. suppl. libel. ac approbat. dicti Revis. verum in publicat. servet. R. Prag. hoc suum, &c.

CASTAGNOLA FRAGGIANNI GAETA.
Ill. Marchio Danza Præses S.R.C. *temp. subsc. imp.*
Ill. Marchio ANDREASSI non interfuit.
Regist. fol. 36.
La Rocca. *Athanasius.*

INDEX CAPITUM
LIBRI I.

De Nominum, ac Verborum Inflexione.

LIBRI II.

De octo Partium Orationis Constructione.

Cap. IX.

LIBRI III.

De Syllabarum Dimensione.

SYL-

SYLLABUS GRAECORUM AUCTORUM

Quorum teſtimonia in hiſce Inſtitutionibus citantur.

Ælianus.
Æſchines.
Æſopus.
Alcæus P.
Alcman P.
Anacharſis.
Anacreon P.
Antiphonius.
Aphthonius.
Apollinaris P.
Apollonius P.
Appianus.
Ariſtides.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Athenæus.
Bacchylides P.
Baſilius.
Chilon.
Chryſoſtomus.
Clemens Alex.
Cleobolus.
Corinna P.
Cyrillus.
Demoſthenes.
Diogenes.
Diodorus Sic.
Dionyſius Halic.
Dioſcorides.
Epigram.Græc.
Epictetus.
Epicurus.
Euripides.
Euſtathius
Fragm. Poet.
Galenus.
Gaza.
Hermogenes.
Hephæſtion.
Herodianus.
Herodotus.
Heſiodus P.
Homerus P.
Ibycus P.
Joſeph.
Iſæus.
Iſocrates.
Julianus.
Laertius.
Libanius.
Lucianus.
Lycurgus.
Lyſias.
Macrobius
Menander P.
Mimnermus P.
Moſchion.
Muſæus P.
Myſon.
Nazianzenus.
Pauſanias.
Periander.
Phalareus.
Phavorinus.
Pherecydes.
Philo.
Pittacus.
Pindarus P.
Plato.
Plutarchus.
Polyænus.
Polybius.
Ptolemæus.
Sappho P.
Simonides P.
Socrates.
Solon.
Sophocles.
Soſias.
Steſichorus P.
Syneſius.
Teſtamentum N. & V.
Thales.
Theocritus P.
Theophraſtus.
Thucydides.
Varinus.
Xenophon.
Xiphilinus.

GRAECAE

GRÆCÆ LINGUÆ INSTITUTIONUM
LIBER I.

CAP. I.
De Græcorum Elementis.

ELementa Græcorum, ſeu Literæ, numerantur viginti quatuor, quarum nomen, figuram, ac poteſtatem ſubjecta tabella oſtendit.

Nomen.	*Figura.*	*Poteſtas.*
Alpha	Α α	a
Beta, ſeu Vita	Β β	b
Gamma	Γ γ	g
Delta	Δ δ	d
E pſilon	Ε ε	e breve
Zeta, ſeu Zita	Ζ ζ	z, ſeu ds
Eta, ſeu Ita	Η η	e, ſeu i longum
Theta, ſeu Thita	Θ ϑ θ	th
Iota	Ι ι	i
Kappa	Κ κ	c k
Lambda	Λ λ	l
My	Μ μ	m
Ny	Ν ν	n
Xi	Ξ ξ	x, cs
O micron	Ο ο	o parvum, ſeu breve
Pi	Π π	p
Rho	Ρ ρ	r
Sigma	Σ σ ς	ſ
Tau	Τ τ	t
Y pſilon	Υ υ	y, ſeu u
Phi	Φ φ	ph
Chi	Χ χ	ch
Pſi	Ψ ψ	pſ
O mega	Ω ω	o magnum, ſeu longum

ADMONITIO.

1 *Ex vocalibus η pronunciandum esset, ut* e *latinum: sed nostrates Græci nunc fere pronunciant, ut* i. *Sic & υ efferendum esset, ut* u *gallicum, compressis labiis quasi ad sibilum; sed iidem illud efferunt ut* y *in latinis vocibus.*

2. *Ex Consonantibus β profertur, ut* b *latinum, quamquam multi proferunt, ut* v *consonans. Sic δ profertur, ut* d, *sed aliquanto blæsius. Ceterum recta, & nativa pronunciatio multarum literarum, uti & diphthongorum, cum græca lingua deperiit.*

1. Ex his literis septem sunt Vocales, α, ε, η, ι, ο, υ, ω: reliquæ septendecim, Consonantes.

2. Ex Vocalibus duodecim nascuntur Diphthongi, quarum aliæ dicuntur

Propriæ:	αι, αυ, ει, ευ, οι, ου:
& valent	æ, av, i, ev, i, u.
Aliæ Impropriæ:	ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ:
& valent	a, e, o, ev, yi, ov.

ADMONITIO.

Ubi pueri literas, ac diphthongos satis noverint, statim declinandis Articulis, & Nominibus sese exerceant; ut deinde paullatim ad ea, quæ sequuntur præcepta, Magistri judicio provehantur.

Præc. I. De Consonantium Divisione.

1. Consonantes partim Mutæ sunt, partim Semivocales.

Mutæ novem dividuntur in	Tenues	π, κ, τ.
	Medias	β, γ, δ.
	Aspiratas	φ, χ, θ.

Mutæ

Mutæ inter se Affines, propter idem instrumentum	Labiorum π, β, φ.
	Palati κ, γ, χ.
	Dentium τ, δ, θ.

2. Semivocales octo distribuuntur in quatuor Liquidas λ, μ, ν, ρ; & in tres Duplices ζ, ξ, ψ. Σ vero suæ est potestatis, quare græce dicitur ἄσημον.

Præc. II. De Accentibus.

1. Accentus tres: Acutus ´ qui syllabam attollit: Gravis ` qui deprimit: Circumflexus ῀ qui partim attollit syllabam, partim deprimit.

2. Acutus occupat tum ultimam dictionis syllabam: τίς, quis; tum penultimam: τύπτω, verbero; tum antepenultimam: ἄνθρωπος, homo.

3. Gravis tantum ultimam afficit: τιμὴ, honor.

4. Circumflexus demum tum ultimam signat, tum penultimam: παῖς, puer: μοῦσα, musa.

Præc. III. De Spiritibus, & Apostropho.

1. Spiritus duo, quorum alter Lenis, seu Tenuis ᾿ appellatur; alter Asper, seu Densus ῾. Sedes autem utriusque est, tum vocalis, tum diphthongus dictionis initio apposita: ἔρως, amor, εἰμὶ, sum: ὅς, qui, αἳ, quæ.

Ex consonantibus vero tantum litera ῥ spiritu aspero signatur, cum vocem incipit: ῥίπτω, projicio. At si in medio dictionis geminetur, altera leni spiritu; aspero altera notanda est: ἐῤῥωμένως, robuste.

2. Apostrophus ᾿ nota est rejectæ vocalis, aut diphthongi: κατ᾿ ἐμὲ, pro κατὰ ἐμὲ, secundum me: τύπτομ᾿ ἐγὼ, verberor ego. Quænam vocales, ac diphthongi per Apostrophum rejiciantur, vide in l. 3. c. 8.

CAP. II.

De Articulis.

ARticulus duplex: Præpositivus alter, ὁ, ἡ, τὸ, hic, hæc, hoc; alter Subjunctivus, ὃς, ἣ, ὃ, qui, quæ, quod.

Articulus Præpositivus.

Sing. Nom. ὁ, ἡ, τὸ, hic, hæc, hoc, *il, la, lo*. Gen. τοῦ, τῆς, τοῦ, hujus. Dat. τῷ, τῇ, τῷ, huic. Acc. τὸν, τὴν, τὸ, hunc, hanc, hoc.

Dualis Nom. & Acc. τὼ, τὰ, τὼ, hi duo, hæ duæ, hæc duo: hos duos, has duas, hæc duo. Gen. & Dat. τοῖν, ταῖν, τοῖν, horum duorum, harum duarum, horum duorum: his duobus, duabus, duobus.

Plur. Nom. οἱ, αἱ, τὰ, hi, hæ, hæc. Gen. τῶν, τῶν, τῶν, horum, harum, horum. Dat. τοῖς, ταῖς, τοῖς, his. Acc. τοὺς, τὰς, τὰ, hos, has, hæc.

Articulus Subjunctivus.

Sing. Nom. ὃς, ἣ, ὃ, qui, quæ, quod, *il quale, la quale, il quale*. Gen. οὗ, ἧς, οὗ, cujus. Dat. ᾧ, ᾗ, ᾧ, cui. Acc. ὃν, ἣν, ὃ, quem, quam, quod.

Dualis Nom. & Acc. ὥ, ἅ, ὥ, qui duo, quæ duæ, quæ duo: quos duos, quas duas, quæ duo. Gen. Dat. οἷν, αἷν, οἷν, quorum duorum, quarum duarum, quorum duorum: quibus duobus, duabus, duobus.

Plur. Nom. οἵ, αἵ, ἅ, qui, quæ, quæ. Gen. ὧν, ὧν, ὧν, quorum, quarum, quorum. Dat. οἷς, αἷς, οἷς, quibus. Acc. οὓς, ἃς, ἃ, quos, quas, quæ.

CAP. III.

De Substantivorum Declinationibus.

Substantivorum Declinationes sunt decem, quinque Simplicium, quinque Contractorum.

PRIMA DECLINATIO.

Hæc prima Simplicium declinatio continet tantum masculina in *ας*, & *ης*.

Paradigma in ας.

Sing. Nom. ὁ Αἰνείας, Æneas, *Enea*. Gen. τοῦ Αἰνείου. Dat. τῷ Αἰνείᾳ. Acc. τὸν Αἰνείαν. Voc. ὦ Αἰνεία. Dual. Nom. Acc. τὼ Αἰνεία. Gen. Dat. τοῖν Αἰνείαιν. Voc. ὦ Αἰνεία. Plur. Nom. οἱ Αἰνεῖαι. Gen. τῶν Αἰνειῶν. Dat. τοῖς Αἰνείαις. Acc. τοὺς Αἰνείας. Voc. ὦ Αἰνεῖαι.

Paradigma in ης.

Sing. Nom. ὁ τελώνης, publicanus, *il gabelliero*. Gen. τοῦ τελώνου. Dat. τῷ τελώνῃ. Acc. τὸν τελώνην. Voc. ὦ τελώνη. Dual. Nom. Acc. τὼ τελώνα. Gen. Dat. τοῖν τελώναιν. Voc. ὦ τελώνα. Plur. Nom. οἱ τελῶναι. Gen. τῶν τελωνῶν. Dat. τοῖς τελώναις. Acc. τοὺς τελώνας. Voc. ὦ τελῶναι.

Paucos sub dies.

Ὁ Μεσσίας αἴσιος,	*il Messia bene augurato.*
Ὁ ταμίας ἀγχίνοος,	*il tesoriero industrioso.*
Ὁ οἰκοτρίβης ἄϋπνος,	*il servo nativo di casa accorto.*
Ὁ ἱππώλης ἀστεῖος,	*il venditor di cavalli urbano.*
Ὁ δεσπότης ἄχαρις,	*il padrone sgraziato.*

Appendix.

Nomina in της, προφήτης, propheta: Gentilia, Σκύθης, Scytha: Poetica in πης, κυνώπης, impudens: item composita a πολέω, vendo; βιβλιοπώλης, librorum venditor: a μετρέω, metior; γεωμέτρης, terræ mensor: atque a τρίβω, tero; παιδοτρίβης, puerorum præceptor, vocativum in α breve formant: ὦ προφῆτα, ὦ Σκύθα, &c.

SECUNDA DECLINATIO.

Habet hæc declinatio feminina in α, & η.

Paradigma in α.

Sing. Nom. ἡ δόξα, gloria, *la gloria*. Gen. τῆς δόξης. Dat. τῇ δόξῃ. Acc. τὴν δόξαν. Voc. ὦ δόξα. Dual. Nom. Acc. τὰ δόξα. Gen. Dat. ταῖν δόξαιν. Voc. ὦ δόξα. Plur. Nom. αἱ δόξαι. Gen. τῶν δοξῶν. Dat. ταῖς δόξαις. Acc. τὰς δόξας. Voc. ὦ δόξαι.

Paradigma in η.

Sing. Nom. ἡ τιμὴ, honor, *l' onore*. Gen. τῆς τιμῆς. Dat. τῇ τιμῇ. Acc. τὴν τιμήν. Voc. ὦ τιμή. Dual. Nom. Acc. τὰ τιμά. Gen. Dat. ταῖν τιμαῖν. Voc. ὦ τιμά. Plur. Nom. αἱ τιμαί. Gen. τῶν τιμῶν. Dat. ταῖς τιμαῖς. Acc. τὰς τιμάς. Voc. ὦ τιμαί.

Paucos post dies.

Ἡ ἄκανθα ὀξεῖα,	*la spina aguzza*;
Ἡ τράπεζα βασιλική,	*la mensa regale*.
Ἡ ἀρετὴ καλή,	*la virtù leggiadra*;
Ἡ σελήνη ὠχρά,	*la Luna pallida*.
Ἡ λύπη καινή,	*il dolor nuovo*.

Appen-

Appendix.

Terminata in δα, θα, ρα, & α purum (quæ nempe ante α habent vocalem, aut diphthongum) retinent α in toto singulari: ut, ἡ Λήδα, Leda: ἡ Μάρθα, Martha: ἡ ἡμέρα, dies: ἡ φιλία, amicitia, τῆς φιλίας, τῇ φιλίᾳ, &c. Sic etiam ἡ Ἀθηνᾶ, Minerva, ἡ Ναυσικᾶ, Nausica, ἡ μνᾶ, mina, contracta ex Ἀθηνάα, Ναυσικάα, μνάα. His adde ἡ θέκλα, Thecla.

TERTIA DECLINATIO.

Continet hæc declinatio masculina, & feminina in ος, & neutra in ον. Porro neutra tres casus similes habent, ut apud Latinos.

Paradigma Masculini in ος.

Sing. Nom. ὁ λόγος, sermo, *il parlare*. Gen. τοῦ λόγου. Dat. τῷ λόγῳ. Acc. τὸν λόγον. Voc. ὦ λόγε. Dual. Nom. Acc. τὼ λόγω. Gen. Dat. τοῖν λόγοιν. Voc. ὦ λόγω. Plur. Nom. οἱ λόγοι. Gen. τῶν λόγων. Dat. τοῖς λόγοις. Acc. τοὺς λόγους. Voc. ὦ λόγοι.

Paradigma Feminini in ος.

Sing. Nom. ἡ νόσος, morbus, *la malattia*. Gen. τῆς νόσου. Dat. τῇ νόσῳ. Acc. τὴν νόσον. Voc. ὦ νόσε. Dual. Nom. Acc. τὰ νόσω. Gen. Dat. ταῖν νόσοιν. Voc. ὦ νόσω. Plur. Nom. αἱ νόσοι. Gen. τῶν νόσων. Dat. ταῖς νόσοις. Acc. τὰς νόσους. Voc. ὦ νόσοι.

Paradigma Communis in ος.

Sing. Nom. ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, homo, *l'uomo, e la donna*. Gen. τοῦ καὶ τῆς ἀνθρώπου. Dat. τῷ καὶ τῇ ἀνθρώπῳ. Acc.

τὸν καὶ τὴν ἄνθρωπον. Voc. ὦ ἄνθρωπε. Dual. Nom. Acc. τὼ καὶ τὰ ἀνθρώπω. Gen. Dat. τοῖν καὶ ταῖν ἀνθρώποιν. Voc. ὦ ἀνθρώπω. Plur. Nom. οἱ καὶ αἱ ἄνθρωποι. Gen. τῶν ἀνθρώπων. Dat. τοῖς καὶ ταῖς ἀνθρώποις. Acc. τοὺς καὶ τὰς ἀνθρώπους. Voc. ὦ ἄνθρωποι.

Paradigma Neutrius in ον.

Sing. Nom. τὸ ξύλον, lignum, *il legno*. Gen. τοῦ ξύλου. Dat. τῷ ξύλῳ. Acc. τὸ ξύλον. Voc. ὦ ξύλον. Dual. Nom. Acc. τὼ ξύλω. Gen. Dat. τοῖν ξύλοιν. Voc. ὦ ξύλω. Plur. Nom. τὰ ξύλα. Gen. τῶν ξύλων. Dat. τοῖς ξύλοις. Acc. τὰ ξύλα. Voc. ὦ ξύλα.

Ὁ ὑπποκόμος ἔμπειρος,	*il cozzon da cavalli ben dotto.*
Ὁ καρπὸς ἱερὸς,	*il frutto sacro.*
Ἡ ἄμπελος χρήσιμος,	*la vite utile.*
Ἡ ὁδὸς λιθίνη,	*la via petrosa.*
Τὸ ἔργον ἔνδοξον,	*l'impresa gloriosa.*
Τὸ πρόβατον ἄκακον,	*la pecora innocente.*

QUARTA DECLINATIO

Atticorum propria.

Comprehendit hæc declinatio masculina, & feminina in ως, & neutra in ων.

Paradigma Masculini in ως.

Sing. Nom. ὁ Μενέλεως, Menelaus, *Menelao*. Gen. τοῦ Μενέλεω. Dat. τῷ Μενέλεῳ. Acc. τὸν Μενέλεων. Voc. ὦ Μενέλεως. Dual. Nom. Acc. τὼ Μενέλεω. Gen. Dat. τοῖν Μενέλεῳν. Voc. ὦ Μενέλεω. Plur. Nom. οἱ Μενέλεῳ. Gen. τῶν Μενέλεων. Dat. τοῖς Μενέλεῳς. Acc. τοὺς Μενέλεως. Voc. ὦ Μενέλεῳ.

Para-

Paradigma Feminini in ως.

Sing. Nom. ἡ ἅλως, corona ~~[struck]~~, *il giro della Luna*. Gen. τῆς ἅλω. Dat. τῇ ἅλῳ. Acc. τὴν ἅλων. Voc. ὦ ἅλως. Dual. Nom. Acc. τὰ ἅλω. Gen. Dat. ταῖν ἅλῳν. Voc. ὦ ἅλω. Plur. Nom. αἱ ἅλῳ. Gen. τῶν ἅλων. Dat. ταῖς ἅλῳς. Acc. τὰς ἅλως. Voc. ὦ ἅλῳ.

Paradigma Neutrius in ων.

Sing. Nom. τὸ εὔγεων, fertile, *la cosa fertile*. Gen. τοῦ εὔγεω. Dat. τῷ εὔγεῳ. Acc. τὸ εὔγεων. Voc. ὦ εὔγεων. Dual. Nom. Acc. τὼ εὔγεω. Gen. Dat. τοῖν εὔγεῳν. Voc. ὦ εὔγεω. Plur. Nom. τὰ εὔγεω. Gen. τῶν εὔγεων. Dat. τοῖς εὔγεῳς. Acc. τὰ εὔγεω. Voc. ὦ εὔγεω.

potius τὸ χρέων debitum

Ὁ μονόκερως φοβερὸς,	*il Rinocerote da temersi.*
Ὁ νεὼς λαμπρὸς,	*il tempio splendido.*
Ἡ ἕως προτέρα,	*la prima Aurora.*
Ἡ γάλως δασὺς,	*la ruggiada densa.*
Τὸ χρέων λύσιμον,	*il debito da sciorsi.*
Τὸ ἀνώγεων μέγας,	*il cenacolo grande.*

Appendix.

Quinque accusativum in ω formant, ὁ ἄθως, τὸν ἄθω, Atho, mons: ἡ ἕως, τὴν ἕω, Aurora: ἡ κέως, τὴν κέω, Ceos insula: ἡ κῶς, τὴν κῶ, Cos insula: ὁ λαγὼς, τὸν λαγὼ, lepus.

QUINTA DECLINATIO.

Hæc declinatio, quæ Imparisyllaba dicitur, cùm genitivus supra rectum crescat, desinit in α, ι, υ, ω, ν, ρ, σ, ξ, ψ: omniaque complectitur genera.

Para-

Paradigma Masculini.

Sing. Nom. ὁ Τιτὰν, Sol, *il Sole*. Gen. τοῦ Τιτᾶνος. Dat. τῷ Τιτᾶνι. Acc. τὸν Τιτᾶνα. Voc. ὦ Τιτάν. Dual. Nom. Acc. τὼ Τιτᾶνε. Gen. Dat. τοῖν Τιτάνοιν. Voc. ὦ Τιτᾶνε. Plur. Nom. οἱ Τιτᾶνες. Gen. τῶν Τιτάνων. Dat. τοῖς Τιτᾶσι. Acc. τὰς Τιτᾶνας. Voc. ὦ Τιτᾶνες.

Paradigma Feminini.

Sing. Nom. ἡ λαμπὰς, lampas, *la facella*. Gen. τῆς λαμπάδος. Dat. τῇ λαμπάδι. Acc. τὴν λαμπάδα. Voc. ὦ λαμπάς. Dual. Nom. Acc. τὰ λαμπάδε. Gen. Dat. ταῖν λαμπάδοιν. Voc. ὦ λαμπάδε. Plur. Nom. αἱ λαμπάδες. Gen. τῶν λαμπάδων. Dat. ταῖς λαμπάσι. Acc. τὰς λαμπάδας. Voc. ὦ λαμπάδες.

Paradigma Neutrius.

Sing. Nom. τὸ σῶμα, corpus, *il corpo*. Gen. τοῦ σώματος. Dat. τῷ σώματι. Acc. τὸ σῶμα. Voc. ὦ σῶμα. Dual. Nom. Acc. τὼ σώματε. Gen. Dat. τοῖν σωμάτοιν. Voc. ὦ σώματε. Plur. Nom. τὰ σώματα. Gen. τῶν σωμάτων. Dat. τοῖς σώμασι. Acc. τὰ σώματα. Voc. ὦ σώματα.

Suo tempore.

Ὁ παιὰν ἡδὺς,	*il canto soave.*
Ὁ ἄναξ σοφὸς,	*il Re saggio.*
Ἡ κλίμαξ μακρὰ,	*la scala lunga.*
Ἡ δάμαρ σώφρων,	*la conforte moderata.*
Τὸ μέλι γλυκὺ,	*il mele dolce.*
Τὸ ἄστυ μέγα,	*la città grande.*

Appen-

Appendix.

1. Accusativus etsi perpetuo desinat in α; gravitona tamen in ις, & υς, non pure declinata, illum tum in α, tum in ν formant: ut, ἡ ἔρις, contentio, τῆς ἔριδος, τὴν ἔριδα, & ἔριν: ὁ νέηλυς, advena, τοῦ νεήλυδος, τὸν νεήλυδα, & νέηλυν.

Sic nomina in αῦς, & οῦς accusativum formant in αῦν, & οῦν: ut, ἡ γραῦς, anus, τὴν γραῦν: ὁ βοῦς, bos, τὸν βοῦν. At ὁ ποῦς, pes, habet τὸν πόδα, & ὁ ὀδοὺς, dens, τὸν ὀδόντα.

2. Vocativus similis est nominativo; flexa tamen per αντος, ὁ Θόας, Thoas, Θόαντος: per εντος, ὁ χαρίεις, gratiosus, χαρίεντος: per οντος, ὁ λέων, leo, λέοντος, vocativum formant, ablato τος genitivi: ut, ὦ Θόαν, χαρίεν, λέον: exceptis tamen adjectivis in εις, quæ & in ε vocativum finitum habent: ut, ὦ χαρίεσσα.

Excluduntur participia: ut, ὁ τύπτων, τύπτοντος, verberans: ὁ τυφθεὶς, τυφθέντος, verberatus: & nomina propria: ut, ὁ Κλήμης, Κλήμεντος, Clemens, quorum vocativus similis est recto: ut, ὦ τύπτων &c.

Item gravitona in ηρ vocativum habent in ερ: ut, ἡ μήτηρ, mater, ὦ μῆτερ. Adde acutitona quatuor, ὁ πατὴρ, pater, ὁ δαὴρ, levir, ὁ ἀνὴρ, vir, ὁ σωτὴρ, servator, quæ accentum quoque in vocativo retrahunt: ut, ὦ πάτερ, δᾶερ, ἄνερ, σῶτερ.

Nomina in οῦς, abjiciunt ς in vocativo: ut, ὁ βοῦς, ὦ βοῦ. Addere quoque est, ὁ παῖς, puer, ὦ παῖ; etsi ejus composita ς retineant: ut, ὁ εὔπαις, prole felix, ὦ εὔπαις. Item ὁ ποῦς, pes, ὁ ὀδοὺς, dens, & participia ὁ δοὺς, qui dedit, ὁ γνοὺς, qui cognovit, suum ς retinent, ὦ ποῦς, &c.

3. Dativus pluralis numeri fit, vel a dativo singulari, assumendo σ ante ι, & abjiciendo δ, θ, ν, τ: ut, ἡ λαμπὰς, τῇ λαμπάδι, ταῖς λαμπάσι; vel a nominativo singulari nominum exeuntium in ξ, aut ψ, adden-

Nonnulla in α ut ὦ Πάλλα ὦ Ἄτλα etc.

addendo ι: ὁ κόραξ, corvus, τοῖς κόραξι: ὁ Αραψ, Arabs, τοῖς Αραψι.

Quæ in dativo ſingulari exeunt in οντι, in plurali exeunt in ουσι: ὁ λέων, τῷ λέοντι, τοῖς λέουσι; quæ vero in εντι, in εισι: ὁ τυφθεὶς, τῷ τυφθέντι, τοῖς τυφθεῖσι.

Quæ ſyncopen in ſingulari numero patiuntur, in άσι dativum pluralis numeri formant: ὁ πατὴρ, τοῦ πατέρος πατρὸς, τοῖς πατράσι. Sic σωτράσι, μητράσι, &c.

+ σωτέρσι non σωτράσι

TABULA DECLINATIONUM SIMPLICIUM.

	1	2	3	4	5
Sing.	maſc.	fem.	com. neut.	com. neut.	m. f. n.
N.	ας, ης.	α, η.	ος : ον.	ως : ων.	variat.
G.	ου.	ης.	ου.	ω.	ος.
D.	ᾳ, ῃ.	ῃ.	ῳ.	ῳ.	ι.
A.	αν, ην.	αν, ην.	ον.	ων.	α.
V.	α, η.	α, η.	ε : ον.	ως : ων.	variat.
Dual.					
N.A.V.	α.	α.	ω.	ω.	ε.
G.D.	αιν.	αιν.	οιν.	ῳν.	οιν.
Plur.					
N.V.	αι.	αι.	οι : α.	ῳ : ω.	ες : α.
G.	ῶν.	ῶν.	ων.	ων.	ων.
D.	αις.	αις.	οις.	ῳς.	σι.
A.	ας.	ας.	ους : α.	ως : ω.	ας : α.

CAP. IV.

De Contractorum Declinationibus.

ORiuntur nomina hæc è Quinta Simplicium. Dicuntur autem Contracta, quod nempe in illis duæ Syllabæ in unam contrahuntur.

PRI-

PRIMA DECLINATIO.

Tres continet terminationes, in ης masculini, feminini, & communis generis: in ες, & ος neutrius. In omnibus casibus (exceptis nominativo, & vocativo singulari, & dativo plurali) contractionem patitur.

Paradigma Masculini.

Sing. Nom. ὁ Δημοσθένης, Demosthenes, *Demostene*. Gen. τοῦ Δημοσθένεος, ένους. Dat. τῷ Δημοσθένεϊ, ένει. Acc. τὸν Δημοσθένεα, ένη. Voc. ὦ Δημόσθενες. Dual. Nom. Acc. τὼ Δημοσθένεε, ένη. Gen. Dat. τοῖν Δημοσθενέοιν, νοῖν. Voc. ὦ Δημοσθένεε, ένη. Plur. Nom. οἱ Δημοσθένεες, ένεις. Gen. τῶν Δημοσθενέων, νῶν. Dat. τοῖς Δημοσθένεσι. Acc. τοὺς Δημοσθένεας, ένεις. Voc. ὦ Δημοσθένεες, ένεις.

Paradigma Communis.

Sing. Nom. ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, verus, & vera, *il vero, e la cosa vera*. Gen. τοῦ καὶ τῆς ἀληθέος, θοῦς. Dat. τῷ καὶ τῇ ἀληθέϊ, θεῖ. Acc. τὸν καὶ τὴν ἀληθέα, θῆ. Voc. ὦ ἀληθὲς[1], vel ἀληθής.[2] 1. neutr. 2. masc. et foem.
Dual. Nom. Acc. τὼ καὶ τὰ ἀληθέε, θῆ. Gen. Dat. τοῖν καὶ ταῖν ἀληθέοιν, θοῖν. Voc. ὦ ἀληθέε, θῆ. Plur. Nom. οἱ καὶ αἱ ἀληθέες, θεῖς. Gen. τῶν ἀληθέων, θῶν. Dat. τοῖς καὶ ταῖς ἀληθέσι. Acc. τοὺς καὶ τὰς ἀληθέας, θεῖς. Voc. ὦ ἀληθέες, θεῖς.

Paradigma Neutrius.

Sing. Nom. τὸ γένος, genus, *il genere*. Gen. τοῦ γένεος, ένους. Dat. τῷ γένεϊ, ένει. Acc. τὸ γένος. Voc. ὦ γένος. Dual. Nom. Acc. τὼ γένεε, ένη. Gen. Dat. τοῖν γενέοιν, νοῖν. Voc. ὦ γένεε, ένη. Plur. Nom. τὰ γένεα, ένη.

ἐνη. Gen. τῶν γενέων, νῶν. Dat. τοῖς γένεσι. Acc. τὰ γένεα, ἔνη. Voc. ὦ γένεα, ἔνη.

Ο Σωκράτης αἱμύλος,	Socrate blando.
Ο Καλλισθένης ἀγαθὸς,	Callistene buono.
Η τριήρης βραδεῖα,	la galera a tre remi tarda.
Η τετρήρης πλατεῖα,	la galera a quattro remi larga.
Τὸ ἀσεβὲς πρᾶγμα,	la cosa empia.
Τὸ τεῖχος οὐρανικὸν,	il muro celeste.

Appendix.

1. Quædam nomina propria terminationem primæ Simplicium in quibusdam casibus obtinuerunt: ὁ Ἀριστοφάνης, Aristophanes, τὸν Ἀριστοφάνην, οἱ Ἀριστοφάναι, τοὺς Ἀριστοφάνας. Item composita ab ἔτος, annus, ἑπταέτης, septennis, τοὺς ἑπταέτας.

2. Nomina, quæ desinunt in ης purum, contrahuntur Attice in accusativo in α: ut, ὁ καὶ ἡ εὐφυὴς, ingeniosus, τὸν καὶ τὴν εὐφυέα, εὐφυᾶ.

SECUNDA DECLINATIO.

Hæc declinatio est, tum masculini, & feminini generis in ις, tum neutrius in ι. Contrahitur autem in dativo singulari, & tribus casibus pluralis numeri.

Paradigma Masculini.

Sing. Nom. ὁ ὄφις, anguis, *il serpe*. Gen. τοῦ ὄφιος. Dat. τῷ ὄφιϊ, ὄφι. Acc. τὸν ὄφιν. Voc. ὦ ὄφι. Dual. Nom. Acc. τὼ ὄφιε. Gen. Dat. τοῖν ὀφίοιν. Voc. ὦ ὄφιε. Plur. Nom. οἱ ὄφιες, ὄφις. Gen. τῶν ὀφίων. Dat. τοῖς ὄφισι. Acc. τοὺς ὄφιας, ὄφις. Voc. ὦ ὄφιες, ὄφις.

Paradigma Feminini.

Sing. Nom. ἡ πόλις, urbs, *la città*. Gen. τῆς πόλιος. Dat.

Dat. τῇ πόλιϊ, πόλι. Acc. τὴν πόλιν. Voc. ὦ πόλι, &c. deinceps, ut ὄφις.

Paradigma Neutrius.

Sing. Nom. τὸ σίνηπι, ſinapi, *la ſenape*. Gen. τοῦ σινήπιος. Dat. τῷ σινήπιϊ, ηπι. Acc. τὸ σίνηπι. Voc. ὦ σίνηπι. Dual. Nom. Acc. τὼ σινήπιε. Gen. Dat. τοῖν σινηπίοιν. Voc. ὦ σινήπιε. Plur. Nom τὰ σινήπια, ηπι. Gen. τῶν σινηπίων. Dat. τοῖς σινήπισι. Acc. τὰ σινήπια, ηπι. Voc. ὦ σινήπια, ηπι.

Ο φίντις μωρὸς,	*il cocchiero ſtolto.*
Ο πρύτανις σπουδαῖος,	*il prefetto diligente.*
Η φύσις ἀρίστη,	*la natura ottima.*
Η κρίσις αὐστηρὰ,	*la giudicatura ſevera.*
Τὸ σίνηπι τέρεν,	*la ſenape tenera.*
Τὸ νῆστι δημόσιον,	*il digiuno pubblico.*

Appendix.

Uſitatior eſt Attica inflexio. Sing. Nom. ἡ πόλις. Gen. τῆς πόλεως. Dat. τῇ πόλεϊ, πόλει. Dual. Nom. τὰ πόλεε, πόλη. Gen. Dat. ταῖν πολέοιν, πόλεων. Plur. Nom. αἱ πόλεες, πόλεις. Gen. τῶν πόλεων. Dat. ταῖς πόλεσι. Acc. τὰς πόλεας, πόλεις.

TERTIA DECLINATIO.

Continet maſculina in εὺς, quæ contrahuntur in dativo ſingulari, & nominativo duali, & tribus caſibus pluralis numeri; ubi dativus eſt in εῦσι.

Paradigma.

Sing. Nom. ὁ βασιλεὺς, Rex, *il Re*. Gen. τοῦ βασιλέος. Dat. τῷ βασιλεῖ, λεῖ. Acc. τὸν βασιλέα. Voc. ὦ βασιλεῦ. Dual. Nom. Acc. τὼ βασιλέε, λῆ. Gen. Dat. τοῖν

τοῖν βασιλέοιν. Voc. ὦ βασιλέε, λῆ. Plur. Nom. οἱ βασιλέες, λεῖς. Gen. τῶν βασιλέων. Dat. τοῖς βασιλεῦσι, Acc. τοὺς βασιλέας, λεῖς. Voc. ὦ βασιλέες, λεῖς.

Ο γονεὺς ἡδὺς,	*il padre soave.*
Ο κλοπεὺς ψευδολόγος,	*il ladro mendace.*
Ο νομεὺς πτωχὸς,	*il pastore povero.*
Ο ἀρχιερεὺς μέγιστος,	*il Pontefice massimo.*

Appendix.

1. Iones mutant ε in η, exceptis recto, & vocativo singulari: ut, τοῦ βασιλῆος, τῷ βασιλῆι, τὸν βασιλῆα, & sic deinceps.

2. Genitivus Atticus in έως non contrahitur: contrahuntur tamen nomina, quæ in έως purum exeunt: ὁ Πειραιεὺς, Piræeus, τοῦ Πειραιέως, Πειραιῶς. Eadem accusativum in ᾶ contrahunt, τὸν Πειραιᾶ.

QUARTA DECLINATIO.

Continet feminina in ω, & ως, quæ contrahuntur in genitivo, dativo, & accusativo singularis numeri. Dualis autem & pluralis, ad instar Tertiæ Simplicium inflectuntur.

Paradigma in ω.

Sing. Nom. ἡ λητὼ, Latona, *Latona*. Gen. τῆς λητόος, τοῦς. Dat. τῇ λητοῖ, τοῖ. Acc. τὴν λητόα, τῶ. Voc. ὦ λητοῖ. Dual. Nom. Acc. τὰ λητώ. Gen. Dat. ταῖν λητοῖν. Voc. ὦ λητώ. Plur. Nom. αἱ λητοί. Gen. τῶν λητῶν. Dat. ταῖς λητοῖς. Acc. τὰς λητούς. Voc. ὦ λητοί.

Paradigma in ως.

Sing. ἡ αἰδὼς, pudor, *il rossore*: quoad reliqua, ut λητώ.

H ἠὼς

Η ἠὼς λαμπρὰ,	*l'Aurora splendida.*
Η Κλωθὼ σεμνὴ,	*Cloto severa.*
Η Καλυψὼ ἐρανὴ,	*Calipso amabile.*
Η Ερατὼ φίλη,	*Erato amica.*

QUINTA DECLINATIO.

Complectitur hæc declinatio neutra in ας.

Paradigma.

Sing. Nom. τὸ κέρας, cornu, *il corno*. Gen. τῦ κέρατος, ραος, έρως. Dat. τῷ κέρατι, ραϊ, έρᾳ. Acc. τὸ κέρας. Voc. ὦ κέρας. Dual. Nom. Acc. τὼ κὲρατε, ραε, έρα. Gen. Dat. τοῖν κεράτοιν, ράοιν, ρῷν. Voc. ὦ κέρατε, ραε, έρα. Plur. Nom. τὰ κέρατα, ραα, έρα. Gen. τῶν κεράτων, ράων, ρῶν. Dat. τοῖς κέρασι. Acc. τὰ κέρατα, ραα, έρα. Voc. ὦ κὲρατα, ραα, έρα.

Τὸ τέρας ἀργυρεῖον,	*il segno d' argento.*
Τὸ πέρας τριπλάσιον,	*il fine tripartito.*
Τὸ γῆρας λυπηρὸν,	*la vecchiaja trista.*
Τὸ γέρας ἀρχαῖον,	*il premio antico.*
Τὸ πέρας τιμικὸν,	*il termine onesto.*

TAB. DECLINAT. NOMINUM CONTRACTORUM.

	1	2	3	4	5
Sing.	Com. Neutr.	Co.Ne.	Masc.	Fem.	Neutr.
Nom.	ης : ες, ος	ις : ι	εὺς	ὼ	ας
Gen.	ους εος	ιος	έος	οῦς όος	ως αος ατος
Dat.	ει εϊ	ι ιϊ	εῖ έϊ	οῖ όϊ	ᾳ αϊ ατι
Acc.	η εα : ες, ος	ιν : ι	έα	ὼ όα	ας
Voc.	ες : ες, ος	ι	εῦ	οῖ	ας
Dual.					
N.A.V.	η εε	ι ιε	ῆ έε	ὼ	α αα ατα
G. D.	οῖν έοιν	ίοιν	έοιν	οῖν	ῷν άοιν άτοιν
Plural.					
N.V.	εῖς : η έες : εα	ις : ι ιες : ια	εῖς έες	οἱ	α αα ατα
Gen.	ῶν έων	ίων	έων	ῶν	ῶν άων άτων
Dat.	εσι	ισι	εῦσι	οῖς	ασι
Acc.	εις : η εας : εα	ις : ι ιας : ια	εῖς έας	ὼς	α αα ατα.

CAP.

CAP. V.

De Nominibus Adjectivis.

ADjectiva alia ſunt trium articulorum, triumque terminationum: alia vero trium articulorum, ac duarum terminationum: ut ſubjectæ tabulæ demonſtrant.

Præc. I. De Adjectivis trium articulorum, & trium terminationum.

Hujuſmodi Adjectiva habent

maſculinum in		fœmininum in	neutrum in
ας : μέλας,	niger.	αινα : μέλαινα.	αν : μέλαν.
εις : χαρίεις,	gratioſus.	εσσα : χαρίεσσα.	εν : χαρίεν.
ην : τέρην,	tener.	εινα : τέρεινα.	εν : τέρεν.
ος : καλός,	pulcher.	η : καλή.	ον : καλόν.
υς : ἡδύς,	dulcis.	εια : ἡδεῖα.	υ : ἡδύ.
ων : τύπτων,	verberans.	ουσα : τύπτουσα.	ον : τύπτον.
ως : τετυφώς,	qui verberavit.	υια : τετυφυῖα.	ος : τετυφός.

Horum Adjectivorum feminina ſunt Secundæ Simplicium; maſculina vero, & neutra fere ſunt Quintæ. Maſculina tamen in ος, & neutra in ον ad Tertiam ſpectant: ut, ὁ καλὸς, τὸ καλὸν, τοῦ καλοῦ, τῷ καλῷ, &c.

Appendix.

1. Adjectiva quædam in ας femininum formant in σα: ut, ὁ πᾶς, omnis, ἡ πᾶσα, cum compoſitis σύμπας, σύμπασα, &c. Item Aoriſti primi Participiorum activorum: ut, ὁ τύψας, qui verberavit, ἡ τύψασα.

Adjectivum μέγας, magnus, irregulare eſt, tum in recto: ut, μέγας, μεγάλη, μέγα; tum in accuſativo:

 ut,

ut, μέγαν, μεγάλην, μέγα. Quoad reliqua, masculinum & neutrum inflectuntur, ut in Tertia Simplicium; femininum vero, ut in Secunda. Hinc genitivus μεγάλου, μεγάλης, μεγάλου, & sic deinceps.

2. Uterque Aoristus Participii passivi, etsi in recto desinat in εις, femininum tamen in εῖσα format, neutrum in εν: τυφθεὶς, verberatus, τυφθεῖσα, τυφθέν: τυπεὶς, verberatus, τυπεῖσα, τυπέν. His adde numerale nomen εἷς, μία, ἕν, unus.

3. Finita in ην sunt quoque trium articulorum, ac duarum terminationum; invenitur enim ὁ καὶ ἡ τέρην.

4. Desinentia tum in ος purum, tum in ρος, habent femininum terminatum in α: ut, ὁ ἅγιος, sanctus, ἡ ἁγία: ὁ ἀνθηρὸς, floridus, ἡ ἀνθηρά. Excipe ὁ ὄγδοος, octavus, ἡ ὀγδόη: ὁ ἁπλόος, simplex, ἡ ἁπλόη; & quæ huic affinia, διπλόος, duplex, τριπλόος, triplex, &c.

Quædam adjectiva in ος, habent neutra in ο: nempe ἄλλος, alius, ἄλλο: τηλικοῦτος, tantus, τηλικοῦτο: τοσοῦτος, tam magnus, τοσοῦτο: τοιοῦτος, talis, τοιοῦτο. Item tria illa Pronomina, οὗτος, hic, αὕτη, τοῦτο: αὐτὸς, ipse, αὐτὴ, αὐτὸ: ἐκεῖνος, ille, ἐκείνη, ἐκεῖνο; etsi reperiantur quoque, τηλικοῦτον, τοσοῦτον, &c.

5. Πολὺς, multus, tum in recto, tum in accusativo irregularem obtinet inflexionem: ut, ὁ πολὺς, ἡ πολλὴ, τὸ πολύ: τὸν πολὺν, τὴν πολλὴν, τὸ πολύ. Quoad reliquos casus declinatur ac si esset πολλὸς, πολλὴ, πολλόν.

Præc. II. De Adjectivis trium articulorum, & duarum terminationum.

Hæc adjectiva formant

masculinum, & femininum in		neutrum in
ας: ὁ καὶ ἡ ἀέναος,	perpetuo fluens.	αν: ἀέναον.
ης: ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς,	verus, vera.	ες: ἀληθές.
		ες:

ις : ὁ ϗ ἡ τὶς,	aliquis, aliqua.	ι :	τί.
ος : ὁ ϗ ἡ ἔνδοξος,	gloriosus, osa.	ον :	ἔνδοξον.
ους : ὁ ϗ ἡ τετράπους,	quadrupes.	ουν :	τετράπουν.
υς : ὁ ϗ ἡ ἄδακρυς,	non lacrimans.	υ :	ἄδακρυ.
ων : ὁ ϗ ἡ σώφρων,	moderatus, rata.	ον :	σῶφρον.
ωρ : ὁ ϗ ἡ παντοκράτωρ,	omnipotens.	ορ :	παντόκρατορ.
ως : ὁ ϗ ἡ κατάπλεως,	expletus, eta.	ων :	κατάπλεων.

Quæ in ος desinunt, sunt Tertiæ Simplicium; quæ in εως, sunt Quartæ: reliqua vero sunt Quintæ.

Appendix.

Apud Atticos nomina in ος, præsertim composita, & derivata, habentur ut communia: ὁ ϗ ἡ Φιλόσοφος, Philosophus. Apud Poetas vero Simplicia reputantur quoque communia: ὁ ϗ ἡ κλυτὸς, illustris, & similia.

ADMONITIO.

Omnis generis sub una terminatione, dicitur esse, ὁ, ἡ, τὸ μάκαρ, beatus. *At, teste Gretsero, sunt, qui nulla hujus generis reperiri putant.*

CAP. VI.

De Declinationibus Pronominum.

Præc. I. De Primitivis.

Ἐγὼ, Ego, sic declinabitur.

NOm. ἐγώ. G. ἐμοῦ. D. ἐμοί. A. ἐμέ: vel μοῦ, μοί, μέ. D. N. A. νῶϊ, νώ. G. D. νῶϊν, νῷν. P. N. ἡμεῖς. G. ἡμῶν. D. ἡμῖν. A. ἡμᾶς.



Σὺ, Tu, sic declinabitur.

N. σύ. G. σοῦ. D. σοί. A. σέ. D. N. A. σφῶϊ, σφῶ. G. D. σφῶϊν, σφῶν. P. N. ὑμεῖς. G. ὑμῶν. D. ὑμῖν. A. ὑμᾶς.

Οὗ, Sui, hoc pacto inflectetur.

G. οὗ. D. οἷ. A. ἕ. D. N. A. σφῶε, σφέ. G. D. σφῶϊν, σφίν. P. N. σφεῖς. G. σφῶν. D. σφίσι. A. σφᾶς.

Præc. II. De Possessivis, & Demonstrativis.

1. Pronomina Possessiva sunt octo: ἐμὸς, meus: σὸς, tuus: ὃς, suus: νωΐτερος, noster duorum: σφωΐτερος, vester duorum: ἡμέτερος, noster: ὑμέτερος, vester: σφέτερος, suus; quorum masculina, & neutra sunt Tertiæ Simplicium; feminina vero Secundæ.

2. Demonstrativa sunt duo: οὗτος, hic, ἐκεῖνος, ille, quæ sic inflectuntur.

N. οὗτος, αὕτη, τοῦτο. G. τούτου, ταύτης, τούτου. D. τούτῳ, ταύτῃ, τούτῳ. A. τοῦτον, ταύτην, τοῦτο. V. ὦ οὗτος, αὕτη, τοῦτο, heus tu, *olà tu*. D. N. A. τούτω, ταύτα, τούτω. G. D. τούτοιν, ταύταιν, τούτοιν. P.N. οὗτοι, αὗται, ταῦτα. G. τούτων. D. τούτοις, ταύταις, τούτοις. A. τούτους, ταύτας, ταῦτα. V. ὦ οὗτοι, αὗται, ταῦτα.

N. ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο. G. ἐκείνου, εἵνης, εἵνου. D. ἐκείνῳ, εἵνῃ, εἵνῳ. A. ἐκεῖνον, εἵνην, εἶνο, & sic deinceps.

Præc. III. De Nominibus Relativis.

Relativum, aliud Simplex, estque αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ, ipse, ipsa, ipsum; cui si præsignatur articulus, nempe: ὁ αὐτὸς, ἡ αὐτὴ, τὸ αὐτὸ, valet apud Græcos, Idem, Eadem, Idem.

Aliud Compositum. Composita vero Relativa sunt tria, quæ tamen carent recto: ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῆς, ἐμαυτοῦ,

τοῦ, meiipſius: σεαυτοῦ, σεαυτῆς, σεαυτοῦ, tuiipſius: ἑαυτοῦ, ἑαυτῆς, ἑαυτοῦ, ſuiipſius; hoc tamen habet numerum multitudinis, quo duo præcedentia orba ſunt. ἑαυτῶν, & σφῶν αὐτῶν, ſuiipſorum: ἑαυτοῖς, & σφίσιν αὐτοῖς, ſibiipſis: ἑαυτοὺς, & σφᾶς αὐτοὺς, ſeipſos.

ADMONITIO.

Cum certum hominem ſignificare Græci volunt, neque tamen nominant, utuntur Infinito nomine, ὁ, ἡ, τὸ δεῖνα, un certo tale. *Gen.* δεῖνος. *Dat.* δεῖνι. *Acc.* δεῖνα. *Inflectitur quoque*, ὁ δεῖνα, τοῦ δείνατος, τῷ δείνατι, τὸν δεῖνα.

APPENDIX

De Nominibus Heteroclitis.

Heteroclita ſunt, quæ a communi lege ex parte deflectunt. Deflectunt autem,

Vel Genere.

1. ὁ δεσμὸς, vinculum: οἱ δεσμοὶ, & τὰ δεσμά.
2. ὁ ζυγὸς, jugum: τὰ ζυγά.
3. ἡ κέλευθος, via: αἱ κέλευθοι, & τὰ κέλευθα.
4. ὁ καὶ ἡ τάρταρος, tartarus: τὰ τάρταρα.
5. τὸ στάδιον, ſtadium: οἱ στάδιοι, & τὰ στάδια.
6. Quædam in ſingulari numero feminina, in duali vero maſculina videntur eſſe: ἡ πόλις, τὼ πόλεε; ſed tamen vera nulla in nomine habetur generis immutatio, ſed tantum in litera; Attici enim ω pro α frequenter uſurpant.

τὼ est gen. foeminini et masc. vid. App. p. 21.

Vel Casibus.

1. Quædam sunt indeclinabilia: ut, τὸ δέμας, corpus.

2. Quædam duos habent casus: οἱ φθόϊες, φθοῖς, placentæ, τὰς φθόϊας, φθοῖς.

3. Quædam tres: G. ἀλλήλων, ἥλων, ἥλων. D. ἀλλήλοις, ἥλαις, ἥλοις. A. ἀλλήλους, ἥλας, ἥλα, mutuo. G. τοῦ ἀρνός, agni. A. τὸν ἄρνα. N. οἱ ἄρνες. Sic Diminutiva circumflexa in ῦς: ut, ὁ Διονῦς, Bacchulus. G. τοῦ Διονῦ. D. τῷ Διονῦ, A. τὸν Διονῦν.

4. Vocativo caret nomen tum Indefinitum, τὶς, aliquis, tum Interrogativum, τίς, quis.

5. Quædam Substantiva casibus redundant: ut, ὁ Ζεὺς, Juppiter, ὁ Ζὴν, Ζὰν, Δὴν, Δὰν, Ζὴς, Ζὰς, Δεὺς, Βδεὺς, Δὶς. Gen. τοῦ Ζηνὸς, Διός. Dat. τῷ Ζηνί, Διΐ. Acc. τὸν Ζῆνα, Δία. Voc. ὦ Ζεῦ. Communis autem inflexio est: ὁ Ζεὺς, τοῦ Διὸς, τῷ Διΐ, τὸν Δία, ὦ Ζεῦ.

Vel Declinatione.

Nom. ἡ γυνὴ, mulier. Gen. τῆς γυναικός. Dat. τῇ γυναικί. Acc. τὴν γυναῖκα. Voc. ὦ γύναι.

Vel Contractione.

1. Ea vel sunt ὁλοπαθῆ, quæ nempe in omnibus casibus contractionem patiuntur: ut, ὁ νόος νοῦς, mens. G. τοῦ νόου νοῦ. D. τῷ νόῳ νῷ, &c. Vel ὀλιγοπαθῆ, quæ in paucioribus: ut sunt substantiva in υς, & ις: & imparisyllaba in υς, quæ in nominativo, accusativo, & vocativo pluralis numeri contrahuntur: ut, ὁ βότρυς, racemus, οἱ βότρυες βότρυς: τοὺς βότρυας βότρυς: ὦ βότρυες βότρυς; ὁ ἰχθὺς, piscis, οἱ ἰχθύες ἰχθῦς: τοὺς ἰχθύας ἰχθῦς: ὦ ἰχθύες ἰχθῦς; ὁ βοῦς, bos, οἱ βόες βοῦς: τοὺς βόας βοῦς: ὦ βόες βοῦς.

2. Ad-

2. Adjectiva vero in ύς, in dativo singularis numeri, atque in nominativo, accusativo, & vocativo numeri multitudinis contrahuntur, more nominum Primæ Declinationis Contractorum: ὁ ἡδὺς, suavis, τῷ ἡδέϊ ἡδεῖ, οἱ ἡδέες ἡδεῖς, τοὺς ἡδέας ἡδεῖς, ὦ ἡδέες ἡδεῖς.

3. Comparativa denique in ων contrahuntur in accusativo numeri singularis generis masculini, & feminini: ut, ὁ καὶ ἡ πλείων, plus, τὸν καὶ τὴν πλείονα, πλείοα, πλείω; & in nominativo, accusativo, ac vocativo pluralis numeri: ut, οἱ καὶ αἱ πλείονες πλείοες πλείους, τὰ πλείονα πλείοα πλείω: A. τοὺς καὶ τὰς πλείονας, πλείοας πλείους, τὰ πλείονα πλείοα πλείω. V. ὦ πλείονες πλείοες πλείους, ὦ πλείονα πλείοα, πλείω.

VERBORUM CONJUGATIONES.

CAPUT VII.

Verbum Substantivum εἰμὶ sic inflectitur.

Indicativi

εἶς vel

Præsens, εἰμὶ, sum, *io sono*, εἶ, es, ἐστὶ, est. Dual. ἐστὸν, vos duo estis, ἐστὸν, illi duo sunt. Plur. ἐσμὲν, sumus, ἐστὲ, estis, εἰσὶ, sunt.

Imperfectum, ἦν, eram, ἦς, ἦ, vel ἦν. D. ἦτον, ἤτην. P. ἦμεν, ἦτε, ἦσαν.

Perfectum, ἤμην, fui, ἦσο, ἦτο. D. ἤμεθον, ἦσθον, ἤσθην. P. ἤμεθα, ἦσθε, ἦντο.

ἔσται

Futurum, ἔσομαι, ero, ἔσῃ, ἔσεται. D. ἐσόμεθον, ἔσεσθον, ἔσεσθον. P. ἐσόμεθα, ἔσεσθε, ἔσονται.

Imperativi

Præsens, ἴσθι, vel ἔσο, esto tu, ἔστω, sit ille. D. ἔστον, vos duo estote, ἔστων, illi duo sint. P. ἔστε, estote vos, ἔστωσαν, vel ἔστων, sint illi.

Opta-

Optativi

Præf. & Imp. εἴθε εἴην, utinam essem, εἴης, εἴη. D. εἴητον, εἰήτην. P. εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

Fut. εἴθε ἐσοίμην, utinam sim, ἔσοιο, ἔσοιτο. D. ἐσοίμεθον, ἔσοισθον, ἐσοίσθην. P. ἐσοίμεθα, ἔσοισθε, ἔσοιντο.

Conjunctivi

Præf. & Imperf. ἐὰν ὦ, cum sim, ᾖς, ᾖ. D. ἦτον, ἦτον. P. ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

Potentialis

Præf. & Imperf. ἂν εἴην; vel ὦ; sim? *che io sia? che abbia da essere?* &c.

Fut. ἐσοίμην ἄν; fuero? *sarò io per essere? ovvero, potrò essere?* &c.

Permissivi, seu Concessivi

Præf. & Imperf. εἴην, vel ὦ, sim, *postocchè io sia*, &c.

Fut. ἐσοίμην, vel ἂν ἐσοίμην, fuero, *postocchè abbia da essere*, &c.

Infinitivi

Præf. & Imperf. εἶναι, esse, *essere*.

Fut. ἔσεσθαι, fore, *che io sarò*.

Participii

Præf. & Imperf. ὤν, οὖσα, ὄν, qui est, quæ est, quod est.

Fut. ἐσόμενος, ἔνη, όμενον, futurus, a, um.

CAP.VIII.

CAP. VIII.

De Conjugationibus Barytonis.

Barytonæ Conjugationes ſunt ſex, diſtinctæ literis Characteriſticis, tanquam notis quibuſdam, & ſignis, quæ in Præſenti, Futuro, & Perfecto potiſſimum ſunt obſervandæ.

CHARACTERISTICÆ

Conjugationis Primæ.

	Præſens.		Futurum.		Præteritum.	
π	(τέρπω)		(τέρψω)		(τέτερφα,	delecto.)
β	(λήβω)	ψω	(λήψω)	φα	(λέληφα,	accipio.)
φ	(γράφω)		(γράψω)		(γέγραφα,	ſcribo.)
πτ	(τύπτω)		(τύψω)		(τέτυφα,	verbero.)

Secunda.

	Præſens.		Futurum.		Præteritum.	
κ	(πλέκω)		(πλέξω)		(πέπλεχα,	plico.)
γ	(λέγω)	ξω	(λέξω)	χα	(λέλεχα,	dico.)
χ	(βρέχω)		(βρέξω)		(βέβρεχα,	rigo.)
κτ	(τίκτω)		(τέξω)		(τέτεχα,	pario.)

Tertiæ.

	Præſens.		Futurum.		Præteritum.	
τ	(ἀνύτω)		(ἀνύσω)		(ἤνυκα,	perficio.)
δ	(ᾄδω)	σω	(ᾄσω)	κα	(ᾖκα,	cano.)
θ	(πλήθω)		(πλήσω)		(πέπληκα,	impleo.)

Quar-

Quartæ, cujus alia Secundam imitantur.

	Præsens.		Futurum.		Præteritum.		
ζ	(παίζω)	ξω	(παίξω)	χα	(πέπαιχα,	ludo.	)
σσ	(ὀρύσσω)		(ὀρύξω)		(ὤρυχα,	fodio.	)

Alia vero Tertiam sequuntur.

ζ	(φράζω)	σω	(φράσω)	κα	(πέφρακα,	dico.	)
σσ	(πλάσσω)		(πλάσω)		(πέπλακα,	fingo.	)

Quintæ.

	Præsens.		Futurum.		Præteritum.		
λ	(ψάλλω)		(ψαλῶ)		(ἔψαλκα,	cano.	)
μ	(νέμω)		(νεμῶ)		(νενέμηκα,	tribuo.	)
ν	(φαίνω)	ῶ	(φανῶ)	κα	(πέφαγκα,	oſtendo.	)
ρ	(σπείρω)		(σπερῶ)		(ἔσπαρκα,	ſero.	)
μν	(τέμνω)		(τεμῶ)		(τετέμηκα,	ſcindo.	)

Sextæ.

	Præſens.		Futurum.		Præteritum.		
ω pu-	(τελέω)	σω	(τελέσω)	κα	(τετέλεκα,	finio.	)
rum	(παίω)		(παίσω)		(πέπαικα,	ferio.	)

A D M O N I T I O.

1. *Nullum tempus activæ terminationis habet primam perſonam dualis numeri.*

2. *In Præſenti, Perfecto, ac Futuris Indicativi, & in toto Subjunctivo, ſecunda, ac tertia dualis eadem eſt; in ceteris diverſa.*

3. *Modus Imperativus, & Subjunctivus Futuris carent, quorum loco uſurpantur Aoriſti.*

4. *Aoriſti*

4. *Aoristi extra Indicativum augmentum rejiciunt: Perfectum vero ubique suum asservat.*

PRIMA CONJUGATIO.

Verbum Τύπτω *Vocis activæ.*

Indicativi

Præsens, τύπτω, verbero, *io batto*, τύπτεις, τύπτει. D. τύπτετον, τύπτετον. P. τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι.

Imperfectum, ἔτυπτον, verberabam, *io battea*, ἐτύπτες, ἔτυπτε. D. ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην. P. ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον.

Aoristus secundus, ἔτυπον, verberavi, *io battei*, ἔτυπες, ἔτυπε. D. ἐτύπετον, ἐτυπέτην. P. ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.

Futurum secundum, τυπῶ, verberabo, *io batterò*, τυπεῖς, τυπεῖ. D. τυπεῖτον, τυπεῖτον. P. τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι.

Futurum primum, τύψω, verberabo, *io batterò*, τύψεις, τύψει. D. τύψετον, τύψετον. P. τύψομεν, τύψετε, τύψουσι.

Aoristus primus, ἔτυψα, verberavi, *io battei*, ἔτυψας, ἔτυψε. D. ἐτύψατον, ἐτυψάτην. P. ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν.

Perfectum, τέτυφα, verberavi, *io ho battuto*, τέτυφας, τέτυφε. D. τετύφατον, τετύφατον. P. τετύφαμεν, τετύφατε, τετύφασι.

Plusquam perfectum, ἐτετύφειν, verberaveram, *io avea battuto*, ἐτετύφεις, ἐτετύφει. D. ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην. P. ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν.

Imperativi

Præf. & Imperf. τύπτε, verbera tu, *batti tu*, τυπτέ-

τω. D. τύπτετον, τυπτέτων. P. τύπτετε, τυπτέτωσαν : a τύπτω, τύπτε.

Perf. & Plusq. τέτυφε, verbera tu, vel verberaveris, *abbi battuto tu*, τετυφέτω. D. τετύφετον, τετυφέτων. P. τετύφετε, τετυφέτωσαν : a τέτυφα, τέτυφε.

Aor. 1. τύψον, verberato tu, *batterai tu*, τυψάτω. D. τύψατον, τυψάτων. P. τύψατε, τυψάτωσαν : ab ἔτυψα, τύψον.

Aor. 2. τύπε, verberato, *batterai tu*, τυπέτω. D. τύπετον, τυπέτων. P. τύπετε, τυπέτωσαν : ab ἔτυπον, τύπε.

Optativi.

Præf. & Imperf. εἴθε τύπτοιμι, utinam verberarem, *Dio volesse, che io battessi*, τύπτοις, τύπτοι. D. τύπτοιτον, τυπτοίτην. P. τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν : a τύπτω, τύπτοιμι.

Aor. 2. εἴθε τύποιμι, utinam verberarim, *Dio voglia, che abbia battuto*, τύποις, τύποι. D. τύποιτον, τυποίτην. P. τύποιμεν, τύποιτε, τύποιεν : ab ἔτυπον, τύποιμι.

Fut. 2. εἴθε τυποῖμι, utinam verberem, *Dio voglia, che batta*, τυποῖς, τυποῖ. D. τυποῖτον, τυποίτην. P. τυποῖμεν, τυποῖτε, τυποῖεν : a τυπῶ, τυποῖμι.

Fut. 1. εἴθε τύψοιμι, utinam verberem, *Dio voglia, che batta*, τύψοις, τύψοι. D. τύψοιτον, τυψοίτην. P. τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν : a τύψω, τύψοιμι.

Aor. 1. εἴθε τύψαιμι, utinam verberarim, *Dio voglia, che abbia battuto*, τύψαις, τύψαι. D. τύψαιτον, τυψαίτην. P. τύψαιμεν, τύψαιτε, τύψαιεν : ab ἔτυψα, τύψαιμι.

Aoristus Æolius, εἴθε τύψεια, utinam verberarim, *Dio voglia, che abbia battuto*, τύψειας, τύψειε. D. τυψείατον, τυψειάτην. P. τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν : ab ἔτυψα, τύψεια.

Perf. & Plusq. εἴθε τετύφοιμι, utinam verberassem, *Dio volesse, che avessi battuto*, τετύφοις, τετύφοι. D. τετύ-

πετύφοιτον, πετυφοίτην. P. πετύφοιμεν, πετύφοιτε, πετύφοιεν: à πέτυφα, πετύφοιμι.

Conjunctivi

Præf. & Imperf. ἐὰν τύπτω, cum verberem, & verberarem, *se batta io, o battessi*, τύπτῃς, τύπτῃ. D. τύπτητον, τύπτητον. P. τύπτωμεν, τύπτητε, τύπτωσι: a τύπτω, τύπτω.

Aor. 2. ἐὰν τύπω, cum verberavero, *se batterò, o avrò battuto*, τύπῃς, τύπῃ. D. τύπητον, τύπητον. P. τύπωμεν, τύπητε, τύπωσι: ab ἔτυπον, τύπω.

Aor. 1. ἐὰν τύψω, cum verberavero, *se batterò, o avrò battuto*, τύψῃς, τύψῃ. D. τύψητον, τύψητον. P. τύψωμεν, τύψητε, τύψωσι: ab ἔτυψα, τύψω.

1. Positiva quædam, in ος, quæ penultimam correptam habent, fere mutant tum in Comparativo, tum in Superlativo vocalem brevem, in longam: ut, ὁ σοφὸς, sapiens, σοφώτερος, σοφώτατος: ὁ καὶ ἡ φρόνιμος, prudens, φρονιμώτερος, φρονιμώτατος. Sic κενὸς, vacuus, στενὸς, angustus. Athen. lib. 8. κενώτερον λεβηρίδος. Inaniorem serpentis exuvio. Polyæn. lib. 2. cap. 31. εἴσοδον στενωτάτην. Ingressum angustissimum.

3. Sunt & alia nonnulla, in ος, quæ utroque modo scribuntur, cum scilicet vocalis, quæ extremam syllabam ος præcedit, anceps est in eadem dictione: ut, ἴσος, æqualis, ἰσότερος, ἰσώτερος, & ἰσότατος, ἰσώτατος. Sic ἄνισος, inæqualis, ἱκανὸς, aptus, &c.

3. Quædam demum alia, in ος, abjiciunt ο, vel ω, tum in Comparativo, tum in Superlativo: ut, φίλος, amicus, φίλτερος, φίλτατος: παλαιὸς, antiquus, παλαίτερος, παλαίτατος. Sic σχολαῖος, otiosus, θερεῖος æstivus, & horum similia.

ADMONITIO PRIMA.

Suos moneant Magistri pueros, non comparari tantum apud Græcos Adjectiva; sed a Substantivis, a Pronominibus, a Verbis, a Participiis, ab Adverbiis, ac demum ab ipsis Præpositionibus, modo Comparativum, modo Superlativum, modo utrumque quam venuste interdum deduci: quod & Latinis ipsis in more positum fuisse e latina Grammatica perdidicimus.

1. Fit igitur *a Substantivo*, ὁ κλέπτης, fur, κλεπτίστατος, inter fures primus. *Ab*, ὁ βασιλεὺς, rex, βασιλεύτερος, rega-

regalior, & βασιλεύτατος, inter reges primus. *Ab*, ὁ θεὸς, Deus, θεώτερος, divinior. *A*, τὸ κέρδος, lucrum, κερδίων, lucrosior, κέρδιστος, lucrosissimus.

2. *A Pronomine* αὐτὸς, ipse, *oritur*, αὐτότατος; ipsissimus. *Aristot.* ἐκεῖνος αὐτὸς, αὐτότατος. *Ille ipse, ipsissimus*.

3. *A Participio* ἐῤῥωμένος, robustus, *formatur*, ἐῤῥωμενέστερος, robustior, ἐῤῥωμενέστατος, robustissimus.

4. *A Verbo* φέρω, fero, *deducitur*, φέρτερος, præstantior, φέρτατος, φέρτιστος, *&* φέριστος, præstantissimus. *A verbo* δέω, *seu poetice*, δεύω, indigeo, *fit* δεύτερος, inferior, δεύτατος, infimus.

5. *Ab Adverbio* ἄνω, supra, *nascitur*, ἀνώτερος, superior, ἀνώτατος, supremus. *A* κάτω, infra, κατώτερος, inferior, κατώτατος, infimus. *A* πόῤῥω, longe, ποῤῥώτερος, longior, ποῤῥώτατος, longissimus. *A* πέρα, ultra, περαίτερον, ulterius, περαίτατον, ultimum. *Ab* ἐγγὺς, prope, ἐγγύτερος, *&* ἐγγίων, propior, *&* ἐγγύτατος, *&* ἔγγιστος, proximus. *Ab* ἔξω, extra, ἐξώτερος, exterior, ἐξώτατος, extimus.

6. *A Præpositione* ὑπέρ, supra, *descendit*, ὑπέρτερος, superior, ὑπέρτατος, supremus. *A* πρὸ ante, *fit* πρότερος, prior, πρότατος, *&* *eliso* τ, πρόατος, *factaque crasi*, πρῶτος, primus.

ADMONITIO ALTERA.

Pertractandum hic esset de reliquis Orationis partibus, ut Emmanuelis nostri vestigiis inhæreremus. At quæ hic dicenda forent, eadem fere sunt Græcis, ac Latinis; quæ vero peculiarem sibi vendicant animadversionem, fusius accuratiusque in proximo Libro enucleata invenies, ubi de octo Orationis partibus sigillatim agendum erit.

GRÆCÆ LINGUÆ INSTITUTIONUM
LIBER II.

De octo partium Orationis Constructione.

CAP. I.

De Concordantiis.

Præc. I. de Nomine cum Verbo.

1. VErbum personale finiti modi antecedit nominativus ejusdem numeri, & personæ, vel aperte: Epictet. ὁ γέλως μὴ πολὺς ἔστω, μηδὲ ἐπὶ πολλοῖς, μηδὲ ἀνειμένος. Risus ne multus sit, nec de multis, nec effusus; Vel occulte. Isoc. Orat. 3. ad Nicocl. διαφυλάττετε τὴν παροῦσαν κατάστασιν, καὶ μηδεμιᾶς ἐπιθυμεῖτε μεταβολῆς. Custodite præsentem civitatis statum, & nullam immutationem inquirite.

Appendix Prima.

1. Voces copulatæ, modo plurale verbum desiderant: Aristoph. καὶ σὺ καὶ σὺ χαίρετε. Et tu, & tu salvete. Pind. Olymp. od. 2. epod. 4. Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν ἀλέγονται. Peleusque, & Cadmus in his tribus recensentur. Pausan. ποταμὸς Ἠλέκτρα καὶ Κοῖος ῥέουσιν. Electra, & Cœus fluvii labuntur: Modo singulari contentæ sunt. Isoc. ad Nicocl. Τελαμῶνος μὲν Αἴας καὶ Τεῦκρος ἐγεννήθη. Telamone Ajax, & Teucer natus est.

Evagor.

2. Ver-

2. Verbum plurale nobiliorem personam sequitur. Xenoph. ἐγὼ καὶ σὺ τὰ δίκαια πρὸς ἀλλήλους ποιήσομεν. Ego, & tu æqua inter nos faciemus. Lucian. ἐγὼ καὶ ὁ πορθμεὺς ἄλλους μετελευσόμεθα. Ego, & Portitor ad alios accedemus.

3. Prima, & secunda persona fere non exprimuntur, nisi cum aut diversitas id exigat: Isoc. ad Demonic. σὺ μὲν γὰρ παιδείας ἐπιθυμεῖς· ἐγὼ δὲ παιδεύειν ἄλλους ἐπιχειρῶ. Tu siquidem erudiri exoptas; ego autem alios erudire aggredior; Aut id emphasis expostulet. Demosth. τὸν πατέρα ὡς ἀπέκτανον ἐγὼ τὸν ἐμαυτοῦ; Egone patrem meum ut interfecerim?

4. Verbum Infinitum cum articulo generis neutrius, nominativi vices interdum agit. Menander. πολλῶν τε μεστὸν ἐστι τὸ ζῆν, φροντίδων. Plurimis autem referta est vita molestiis: pro ἡ ζωή. Nonnumquam pars Orationis integra. Philo. τὸ μὲν μηδὲν συνόλως ἁμαρτάνειν, ἴδιον Θεοῦ. Nihil quidem omnino peccare, proprium est Dei. Isoc. Orat. 3. ad Nicocl. μὴ τὸ μὲν λαβεῖν κέρδος εἶναι νομίζετε, τὸ δ' ἀναλῶσαι ζημίαν. Ne putetis, accipere quidem lucrum esse, dare autem damnum.

Articulus omittitur aliquando. Eccles. 1. 25. ῥίζα σοφίας φοβεῖσθαι τὸν Κύριον. Radix sapientiæ est timere Dominum. Isoc. Orat. ad Demonic. ἄμεινον σιγᾷν, ἢ λέγειν. Melius silere, quam loqui.

Appendix Altera.

1. Neutra pluralis numeri jungunt Attici verbis singularibus. Aristot. τὰ μὲν σύμμετρα ποτὰ καὶ σιτία ποιεῖ καὶ αὔξει καὶ σώζει τὴν ὑγιείαν. Moderata quidem poculenta, & esculenta pariunt, augent, ac tuentur valetudinem. Luc. 8. 2. Μαρία ἡ καλουμένη Μαγδαληνὴ, ἀφ' ἧς δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει. Maria, quæ vocabatur Magdalena, e qua septem dæmonia exierant.

 2. Quod

2. Quod Attici in neutris, idem ſibi alii permittunt in maſculinis , & femininis, maxime Poetæ: quod tamen non niſi ſobrie imitandum. Pind. *μελιγάρυες ὕμνοι ὑςέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται.* Melliti hymni poſteriorum carminum principia ſunt. Quamquam Ariſtoteles etiam dixit: *οὐκ ἐὰν ἐξεφύετο τοῖς μὲν αἱ τρίχες, τοῖς δ' ἐπὶ πτερά.* Non innaſcerentur quidem aliis pili , aliis pennæ.

3. Huc quoque faciunt venuſtiſſimæ illæ Græcorum loquendi formulæ: *ἔςιν οἵ τινες*, aliqui , vel ſunt qui: *οὐκ ἔςιν οἵ τινες*, nulli , vel non ſunt qui. Sic quoque, *ἔςιν ὃς* , aliquis: *ἔςιν οἳ*, aliqui : *ἔςιν οἷς*, quibuſdam, per omnes caſus , numeros , ac genera. Plato in Minoe. *οὐκ ἔςιν οἵ τινες ἀπέχονται συμποσίων ἢ Κρῆτες.* Non ſunt, qui conviviis abſtineant , præter Cretes. *Ubi inepte quidem latine redderes : Non eſt qui abſtineant.*

4. Interdum nominativi partes, apud Poetas præſertim, gerit vocativus. Homer. *ἱππότα Νέςωρ.* Eques Neſtor. Et contra nominativus pro vocandi caſu accipitur. Luc. 8. 54. *αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς, ἐφώνησε λέγων· ἡ παῖς, ἐγείρου.* Ipſe autem ejiciens foras omnes , & manus illius tenens , clamavit dicens : Puella , ſurge. Lucian. *οὗτος ὁ Πυθαγορικὸς (βίος) κατάβηθι, καὶ πάρεχε σεαυτὸν ἀναθεωρεῖν.* Heus tu (*vita*) Pythagorica deſcende , & te ſpectandam præbe.

Nonnulli codices ὁ Πυθαγόρας

Præc. II. de Nomine Duali cum Verbo.

1. Nomen duale, modo duale verbum deſiderat: Lucian. *δύο παίζετον.* Duo ludunt ; Modo plurale. Eurip. *ἄμφω ἐξέπνευσαν βίον.* Ambo efflaverunt animam Hoc fiat oportet , cum dualis prima caret perſona. Ariſtoph. *ξένω γὰρ ἐσμέν.* Sumus enim nos duo hoſpites. Ariſtoph. *ἀλλ' ἄνδρε δύο γυναῖκα φεύγομεν μίαν;* At duo viri mulierem fugimus unam?

Appendix.

1. Interdum apud Poetas cum verbo duali plurale nomen jungitur. Pind. od. 2. stroph. 5. *μαθόντες δὲ, λάβροι παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὥς, ἄκραντα γαρύετον.* Qui autem didicerint, vehementes garrulitate, tamquam corvi, irrita garriunt.

Prae. III. De Adjectivo cum Substantivo.

1. Nomina Adjectiva genere, numero, & casu substantivis adhærent. Isoc. Orat. 3. ad Nicocl. *μέγιστον ἡγῆσθε τοῖς παισὶ, καὶ βεβαιότατον πλοῦτον παραδώσειν, ἐὰν αὐτοῖς δυνήσθε τὴν ἡμετέραν εὔνοιαν καταλιπεῖν.* Maximas, credite, filiis vestris, & firmissimas opes vos esse relicturos, si benevolentiam illis nostram relinquere possitis. [ἠγεῖσθε]

2. Interdum ad majorem venustatem, atque elegantiam, tum substantivo, tum adjectivo apponitur articulus. Isoc. Orat. 3. ad Nicocl. *εἰδότες, ὅτι διὰ τὰς τοιαύτας ταραχὰς ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι, καὶ τοὺς οἴκους τοὺς ἰδίους ἀναστάτους γίγνεσθαι.* Reputantes hujusmodi perturbationibus necesse esse, tum civitates perdi, tum privatas domus everti.

3. Adjectivum duale substantivum dualis numeri postulat. Xenoph. de Cyr. lib. 1. *Δαρεῖος ὑπώπτευε τελευτὴν τοῦ βίου, ἐβούλετο τὼ παῖδε ἀμφοτέρω παρεῖναι.* Darius cum sibi vitæ finem imminere suspicaretur, utrumque filium adesse voluit. [Substantivum dual. adjectivo dualis numeri]

Interdum gaudet plurali. Isoc. Orat. 1. ad Demonic. *ὅρκον ἐπακτὸν προσδέχου διὰ δύο προφάσεις, ἢ σεαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ κινδύνων διασώζων.* Jusjurandum tibi delatum accipe duabus de caussis, vel ut te ipsum turpi criminatione liberes, vel ut amicos a periculis serves.

Appen-

Appendix Prima.

1. Adjectivum plurale præstantius genus sibi vendicat. Pausan. 141. 20. πύργοι καὶ ἐπάλξεις εἰσὶν ἐγκοδομημένοι. Turres, & propugnacula exstructa sunt. Interdum propiori substantivo respondet. Quod & Latinis solenne est. Cic. l. 1. ad Q. Frat. *Tibi omnium salutem, liberos, famam, fortunas esse carissimas*.

2. Cum substantivis rerum inanimatarum jungitur fere neutrum multitudinis. Joseph. εἰσεκόμισε καὶ καινὰ σκεύη, λυχνίαν, τράπεζαν, βωμὸν ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα. Importavit & nova vasa, candelabrum, mensam, aram ex auro facta. Psal. 148. 8. πῦρ, χάλαζα, χιὼν, κρύσαλλος, πνεῦμα καταιγίδος, τὰ ποιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus.

3. Substantiva conjuncta adjectivum multitudinis requirunt. Æsop. Fab. 20. ἀλώπηξ καὶ τράγος διψῶντες. Vulpes, & hircus sitientes. Quod si adjectivum singularis sit numeri, cum viciniore substantivo cohæret, ut apud Latinos.

Appendix Altera.

1. Adjectivum neutrum venuste jungitur substantivo masculino, aut feminino. Demost. πονηρὸν, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, πονηρὸν, ὁ συκοφάντης, καὶ πανταχόθεν βάσκανον καὶ φιλαίτιον. Improba res est sycophanta, o viri Athenienses, improba certe, & undequaque invida, atque infesta. Id. καὶ ὅλως ἄπιςον οἶμαι ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς. Et plane Infida res est, opinor, rebus publicis tyrannis. Ad normam Græcorum dixit Virgil. Ecl. 4. *Triste lupus stabulis, maturis fructibus imbres*. Et Æneid. 4. *Varium, & mutabile semper femina*.

2. Fit interdum, præsertim apud Poetas, generis immutatio, cum non ad verba, sed ad significatio-

cationem respicitur. Hom. κόριον καλλίστη. Nympha pulcherrima. Id. εὐφυὴς παιδίον. Puer ingeniosus. Atque ideo Græcos imitatus dixit Virg. Æneid. 5. *Centauro invehitur magna.*

3. Neutrum singulare copulatur interdum cum substantivo plurali. Xenoph. χρήσιμον εἰς τοῦτο καὶ ψευδεῖς ἐνέδραι. Utiles ad hoc etiam sunt simulatæ insidiæ. Vel plurale cum singulari, idque attice: ut, οὐδ' ὅσια τοῦτο πράττειν: pro οὐδ' ὅσιον. Non est æquum hoc facere.

4. Non semper adjectivum convenit numero cum eo substantivo, quod est basis, & fundamentum orationis; sed cum viciniore frequentissime consentit. Aristot. διὰ τί οἱ ῥυθμοὶ καὶ τὰ μέλη, φωνὴ ὄντα, ἤθεσιν ἔοικεν; Cur numeri musici, & modi, cum voces sint, moribus similes sese exhibent? Requireret communis syntaxeos ratio, ὄντα, vel ὄντες: voces enim, ῥυθμοὶ καὶ τὰ μέλη, sunt fundamentum, de quibus quæritur, quare *moribus sint similia*. Qui modus loquendi Latinis non admodum displicuit. Cic. 2. de Divin. *Non enim omnis error stultitia dicenda est*. Ter. Phor. Act. 2. *Paupertas mihi onus visum est & miserum, & grave.*

5. Quorumdam adjectivorum substantiva elegantius supprimuntur: ut, τῇ προτεραίᾳ, τῇ ὑστεραίᾳ, scilicet, ἡμέρᾳ, pridie, postridie: εἰς αὔριον, καθ' ἑκάστην, supple, ἡμέραν, in crastinum, quotidie: ἀξίαν ἀποτίνειν, dignam solvere, intellige, τιμωρίαν, pœnam: ἑτέραν τρέπεσθαι, aliâ ire, idest, ὁδὸν, viâ: θερμῷ λούεσθαι, lavari calidâ, subaudi, ὕδατι, aquâ. Plato. ἔφη εἰς τὴν ὑστεραίαν ἀπαγγελεῖν. Dixit se postridie renuntiaturum. Demosth. τῇ ὑστεραίᾳ ἕωθεν, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ. Postridie mane, simul ac diluxit. Synes. ὡς δ' οὐ προὐχώρει ταύτῃ, ἑτέρᾳ ἐτράπετο. Cum hac viâ non proficeret, aliam aggressus est. Sic latine dicimus, *bibere calidam*, *frigidam*, &c.

6. Adjectivum convertitur in genitivum nomini abstra-

abstracti. Lucian. ὁ οἰκονόμος τῆς ἀδικίας. Injustitiæ œconomus, pro ἄδικος.

Præc. IV. De Articulo Præpositivo:

1. Articulorum alter est Præpositivus, qui declinandis quoque nominibus præponitur; Subjunctivus alter, seu Relativus, qui ad antecedens nomen refertur, ut relativum, *qui*, *quæ*, *quod*, apud Latinos, cui & significatione respondet.

2. Articulus igitur præpositivus convenit cum suo nomine, genere, numero, & casu: ut, ὁ λόγος, sermo: eoque utimur, cum rem certam significatam volumus. Isoc. Orat. 2. ad Nicocl. μελέτω σοι τῦ πλήθυς. Curæ sit tibi multitudo. Id. Orat. 1. ad Demonic. μᾶλλον τήρει τὰς τῶν λόγων, ἢ τὰς τῶν χρημάτων παρακαταθήκας. Fidelius serva deposita verborum, quam pecuniarum.

Appendix Prima.

1. Usurpatur interdum articulus præpositivus pro demonstrativo pronomine. Demosth. pro Coron. εἰ τὸ καὶ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος ὅτος, ὐκ ἀπέθανεν. Si hoc & hoc fecisset ille homo, non mortuus esset: pro εἰ τῦτο καὶ τῦτο.

2. Inservit quoque idem articulus divisionibus cum particulis μὲν, & δὲ; idque per omnia fere genera, & casus: ut, ὁ μὲν, ὁ δὲ, alter quidem, alter vero: ἡ μὲν, ἡ δὲ, altera quidem, altera vero: τὸ μὲν, τὸ δὲ, alterum quidem, alterum vero. Sic οἱ μὲν, οἱ δὲ, alii quidem, alii vero: αἱ μὲν, αἱ δὲ, aliæ quidem, aliæ vero: τὰ μὲν, τὰ δὲ, alia quidem, alia vero. Isoc. Orat. 1. ad Demonic. μήτε γέλωτα προπετῆ στέργε, μήτε λόγῳ μετὰ θράσυς ἀποδέχυ· τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον, τὸ δὲ μανικόν. Neque risum effusum ames, neque sermone utaris nimis audaci;

audaciam orationem proba. Wolf = dictum arrogans proba = Auger

daci ; alterum enim ſtolidi hominis eſt , alterum vero furioſi . Id. Orat. 3. ad Nicocl. τοιγαρῶν τὰ μὲν ἔχει , τὰ δὲ μέλλει , τοῖς δὲ ἐπιβουλεύει . Itaque alia tenet , aliis quidem imminet , aliis vero inſidiatur . Id. τὰς πόλεις τὰς Ελληνίδας οὕτω κυρίως παρείληφε , ὥστε τὰς μὲν αὐτῶν κατασκάπτειν , ἐν δὲ ταῖς ἀκροπόλεις τειχίζειν . Græcas civitates adeo in ſuam redegerit poteſtatem , ut alias demoliatur , in aliis vero arces excitet .

Appendix Altera .

1. Ut in adjectivis eleganter ſubintelligitur ſubſtantivum ; ita & in articulo . Herodot. 23. τῷ Κροίσῳ ἐσελθεῖν τὸ τοῦ Σόλωνος . Croeſo in mentem ſubiiſſe Solonis , ideſt , ἀπόφθεγμα , dictum.

2. Articulus ὁ , & ἡ , dictioni ſuæ poſtpoſitus , ſequente genitivo , idem valet , quod latine, *Filius*, & *Filia*. Iſoc. in Paneg. καὶ μικρὸν πρὸ τούτων ἦλθεν Αδραστος ὁ Ταλαοῦ . Et paullo ante illos venit Adraſtus Talai filius . Iſoc. in Buſir. ὁμολογεῖται δὲ παρὰ πάντων τῶν λογοποιῶν , Πέρσεως τοῦ Διὸς καὶ Δανάης , Ηρακλέα μὲν εἶναι τέτρασι γενεαῖς νεώτερον . Receptum eſt autem ab omnibus Hiſtoricis, Perſeo Jovis, & Danaæ filio , Herculem quatuor ætatibus eſſe juniorem .

Sæpe articulus ipſe omittitur. Demoſth. pro Coron. Κτησιφῶν Λεωσθένους . Cteſiphon Leoſthenis filius . Ibid. Δημοσθένης · Δημοσθένους . Demoſthenes Demoſthenis filius . Sic Virgil. 6. Æn. *Deiphobe Glauci* .

3. Neutrum τὸ , vel τὰ , cum genitivo ſubſtantivi , pro ipſo ſubſtantivo ponitur . e.g. τὸ τῆς τύχης , res fortunæ : τὰ τῶν φίλων , res amicorum : τὰ τοῦ Ομήρου , opera Homeri. Interdum idem ſignificat, ac nomen , cujus genitivo præponitur : ut , τὰ τῆς ἀθυμίας , ideſt ἀθυμία , lætitia : τὸ τῆς ἐλπίδος , ideſt , ἐλπὶς , ſpes . Sic Gregorius

gorius dixit, τὰ τῶν ἐλπίδων, ſpes; & alibi, αἰσχρὰ μὲν τὰ τῆς ἐκστρατείας, pro ἐκστρατεία. Expeditio quidem turpis.

Præc. V. De Articulo Relativo.

Articulus Relativus, ſeu Subjunctivus, ὅς, ἥ, ὅ, reſpondet antecedenti, genere, ac numero. Halic. χάριν οἶδα τῆς τιμῆς, ᾗ με τιμᾶτε. Gratiam habeo ab honore, quo me honoratis.

Appendix Prima.

1. Relativus ὅς, ἥ, ὅ, quando antecedenti præponitur (quod & Latinis ſolenne eſt) cum eodem, genere, numero, & caſu cohæret. Demoſth. χρὴ μὰ Δί' οὐχ ἣν Διοπείθης πειρᾶται τῇ πόλει δύναμιν κατασκευάζειν, ταύτην βασκαίνειν καὶ διαλύειν πειρᾶσθαι. Non oportet hercle conari invidioſe perſtringere, atque convellere eas vires, quas Diopithes urbi comparare nititur.

Quamquam ſæpiſſime alterum relativum ſubjicitur ex pronominibus, ἐκεῖνος, ille, οὗτος, hic, &c. Iſoc. Orat. 1. ad Demonic. ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν, ταῦτα νόμιζε μηδὲ λέγειν εἶναι καλόν. Quæ facere turpe eſt, hæc puta neque dicere honeſtum eſſe.

2. Relativus inter duo ſubſtantiva poſitus, cum ſubſequenti conſentire etiam poteſt. Lucian. πόλεις ἐκεῖναί εἰσιν, οὓς φωλεοὺς εἶναι νομίζεις. Civitates illæ ſunt, quas tu ſpecus arbitraris. Plato. λόγοι μὲν εἰσὶν ἐν ἑκάστοις ὑμῶν, ἃς ἐλπίδας ὀνομάζομεν. Rationes in ſingulis noſtrum ſunt, quas ſpes nominamus.

3. Ηλίκος, quantus, οἷος, qualis, ὅσος, quantus, & ſimilia, cum relativa fiunt, ſæpe non cum ſubſtantivo ſequente, ſed cum præcedente conveniunt. Ariſtot. τὸ δὲ ἔμβρυον γίνεται, ὅσον μόσχος δίμηνος ἢ τρίμηνος. Tantus fit embryo, quantus vitulus bimeſtris, aut trimeſtris.

Appen-

Appendix Altera.

1. Relativus antecedenti postpositus, eum eo etiam consentit casu, etsi quod sequitur verbum, alium casum admittat. Aristoph. τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεως, ἧς ὑβρίζομαι. Misera ego ab injuria, qua afficior. Isoc: Orat. I. ad Demonic. τοῖς γὰρ ἄλλοις, οἷς ἔχομεν, τῶν ἄλλων ζώων διαφέρομεν. Aliis enim, quæ habemus, reliquis animantibus præstamus. Peculiarem hanc Græcorum loquendi formam videntur expressisse tum Terentius: *Restitue in quem me accepisti locum*; tum Cornif. ad Heren. ubi dixit: *Inter insinuationem, & principium hoc interest, quia principium ejusmodi debet esse, ut statim apertis rationibus, quibus* (pro *quas*,) *præscripsimus, aut benevolum, aut attentum, aut docilem faciat auditorem.*

Interdum subticetur antecedens. Isoc. Orat. 3. ad Nicocl. μηδὲν ἀποκρύπτεσθε, μήθ' ὧν κέκτησθε, μήθ' ὧν ποιεῖτε, μήθ' ὧν μέλλετε πράττειν. Nihil occultetis neque eorum, quæ acquisivistis, neque eorum, quæ facitis, neque eorum, quæ facturi estis: pro ἐκείνων, ἃ.

2. Articulus præpositivus relativi vices interdum agit. Isoc. Orat. 2. ad Nicocl. τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ποίει μὲν ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν. Quæ ad Deos pertinent, fac quidem, ut majores tradiderunt.

3. Relativus ὅς, ἥ, ὅ, qui apud Latinos conjunctivo, indicativo apud Græcos fere conjungitur. Xenoph. Histor. 6. παρ' ἐμοὶ οὐδεὶς μισθοφόρος, ὅστις μὴ ἱκανός ἐστιν ἴσα ποιεῖν ἐμοί. Mercenarius apud me nemo est, qui non idoneus sit eadem facere, quæ a me fiunt. Demosth. Olynth. 2. οὐδείς ἐστιν, ὃν τινα οὐ πεφενάκικεν. Nemo est, quem non deceperit. Xenoph. Histor. 2. οὐδὲν πώποτε αὐτῇ ὅτε εἶπα,

τα, ὅτι ἐποίησα, ἐφ' ᾧ ᾐσχύνθη. Nihil unquam ei vel dictum a me, vel factum est, quo erubuerit.

Præc. VI. De Substantivis Continuatis.

Substantiva Continuata, quæ ad eamdem rem spectant, casu consentiunt, etsi genere, ac numero discrepent. Ptolem. Ἀσωπὸς πόλις. Asopus urbs. 1. ad Tim.1.1. καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. Et Domini Jesu Christi, spei nostræ.

Appendix.

1. Interdum utrumque substantivum articulo præsignatur: ut, ὁ Ζάρηξ τὸ ὄρος. Zarex mons. Interdum alterum tantum. Herodot. Ἱστιαῖος ὁ Μιλήτου τύραννος. Histiæus Mileti tyrannus.

2. Propria urbium nomina appellativis adjuncta gignendi sæpe casu apud Græcos efferuntur. Ἀθηνῶν πόλις. Athenæ urbs. Hinc hellenismus ille apud Virgil. 3. Æneid. *Celsam Buthroti ascendimus urbem.*

Præc. VII. De Interrogatione, ac Responsione.

1. Interrogatio, & Responsio fere casu consentiunt. Laert. τί γλυκὺ ἀνθρώποις; ἐλπίς. Quid dulce hominibus? spes.

Interdum discrepant, cum idem verbum plures admittit casus. Eurip. in Helen. θανάτῳ δὲ ποίῳ φησὶ Μενέλεων; οἰκτρότατον. Qua morte, ait, Menelaum periisse? miserrima: dicimus enim, θνήσκω θανάτῳ, & θάνατον.

CAP.II.

CAP. II.

De Constructione Verbi Activi.

VErbum Activum est, quod ω, vel μι finitum, Passivum plerumque fit, ω ablato, & addito ομαι: ut, τύπτω, τύπτομαι; vel μι, in μαι verso: ut, δίδωμι, δίδομαι.

PRIMUS ORDO ACTIVORUM.

Accusativus post Verbum.

QUædam verba Activa post se accusandi casum postulant: atque eadem fere sunt Græcis, quæ Latinis. Isoc. τίμα τοὺς οἰκειοτάτους σου. Honora familiarissimos tuos. Demosth. πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ὁ Θεὸς ἐφορᾷ. Deus omnia humana intuetur. Galen. ἐπισκοπεῖν τὴν φύσιν. Naturam inspicere. Demosth. οὐδ' Ἑλλὰς τὴν πλεονεξίαν χωρεῖ τοῦ ἀνθρώπου. Nec Græcia avaritiam hominis capit.

Ἐπαινέω,	έσω,	εκα,	commendo.
Τιμάω,	ήσω,	ηκα,	honoro.
Φιλέω,	ήσω,	ηκα,	amo.
Χωρέω,	ήσω,	ηκα,	capio.

Huc pertinent omnia, tum *amandi* verba: ut, ἀγαπάω, στέργω: tum *videndi*, ut, βλέπω, ἀποβλέπω, intueor, ἐπισκοπέω, inspicio, ὑποβλέπω, minaciter aspicio, διοράω, ὁράω, ἐφοράω, θεωρέω, video. Isoc. Orat. 3. ad Nicocl. δεῖ διορᾷν καὶ τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰς πράξεις. Oportet dispicere & naturas hominum, & actiones. Item nonnulla *contemnendi*: ut, ὑπεροράω, ὑπερειδέω, παροράω, περιϊδέω, contemno. Isoc. ἥκομεν ἱκετεύσοντες μὴ περιϊδεῖν ἡμᾶς. Venimus supplicaturi, ne nos contemnatis. Queis adde, βασκαίνω, reprehendo, θαυμάζω, mi-

ror, ψέγω, vitupero, φέρω, fero, & alia sexcenta.

Appendix Prima.

1. Verba *negligendi*, ut, καταφρονέω, ὀλιγωρέω, ἀμελέω, καταμελέω, & παραμελέω, quæ apud Latinos accusandi casui, apud Græcos fere gignendi copulantur. Isoc. Orat. 3. ad Nicocl. μηδενὸς ἂν ὀλιγωρεῖτε, μηδὲ καταφρονεῖτε τῶν προστεταγμένων. Nihil igitur eorum negligatis, nihil contemnatis, quæ mandata sunt. Ibid. ἔπειτα οἱ μὲν πολλῶν καταμελοῦσιν, οἱ δ᾽ οὐδενὸς ὀλιγωροῦσι. Deinde illi quidem multa negligunt; hi vero nihil contemnunt.

2. Ex verbis *amandi*, ἐράω, quod *perdite amare* sonat, genitivo jungitur. Xenoph. οὐκ ἐρᾷ ἀδελφὸς ἀδελφῆς. Frater sororem non deperit.

3. Jungunt plerumque Græci verbum θαυμάζω genitivo personæ, cum aliquod ejus dictum, aut factum improbant. Isoc. θαυμάζω τῶν ταύτην τὴν γνώμην ἐχόντων. Miror, qui hoc animo sunt.

Appendix Altera.

1. Frequentius dicimus, βλέπειν, & ἀποβλέπειν εἰς, & πρός τινα: at βλέπω de persona, ἀποβλέπω tum de re, tum de persona. Demosth. τολμήσει βλέπειν εἰς ὑμᾶς; Vos audebit intueri? Xenoph. βλέπειν πρός τινα φιλοφρόνως. Amice aliquem intueri. Æschin. πρὸς αὐτὸ μόνον τὸ δίκαιον ἀποβλέποντες. In ipsam justitiam dumtaxat intuentes. Isoc. Orat. 3. ad Nicocl. εἰς ἀλλήλους ἀποβλέποντες. Alter alterum intuens.

2. Præpositiones εἰς, & πρὸς, interdum accusativo adjicit ὁράω. Xenoph. ὁρᾷν εἰς τὴν γῆν. Aspicere in terram. Id. ὁρᾷν πρὸς ἄλλους. Oculos ad alios convertere.

3. Ὑποβλέπω accusativo nonnumquam πρὸς addit: ἐφοράω autem jungit ἐς, seu εἰς. Plato. ὑποβλέπει πρὸς τὴν

τὴν ψυχήν. Animum intuetur. Lucian. ἀτενὲς ἐφεώρα ἐς με. Intentis oculis me intuebatur.

4. Βλέπω cum genitivo, præfixa ἀπὸ, idem valet quod *caveo*. Marc. 8. 15. καὶ διεστέλλετο αὐτοῖς, λέγων· ὁρᾶτε, καὶ βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, καὶ τῆς ζύμης Ἡρώδου. Et præcipiebat eis, dicens: Videte, & cavete a fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.

5. Omnia fere verba, tum quæ universe, tum quæ proprie sensum significant (exceptis, quæ sensum visus exprimunt) etsi genitivum fere postulent, copulantur attice accusativo. Demosth. ἀκούσατε ὦ ἄνδρες ἀκουσταὶ τὰ ψηφίσματα. Audite o Judices decreta.

* fortasse δικασταί, non ἀκουσταί.

SECUNDUS ORDO ACTIVORUM.

Genitivus præter Accusativum.

1. Verba *accusandi*, *absolvendi*, *damnandi*, præter accusativum genitivum admittunt, qui pœnam crimenve certum, sive incertum denotet. Plutarch. Δολαβέλλαν ἔκρινες κακώσεως ἐπαρχίας. Dolabellam repetundarum accusasti. Demosth. ἀφίημί σε τῶν ἐγκλημάτων. Absolvo te criminibus. Lys. καταγινώσκω σε φόνου. Damno te cædis. Id. ἀποφέρειν γραφὴν παρανόμων. Accusationem ferre de violatis legibus. Ælian. συκοφαντεῖν τὸν Θεὸν τῆς ὀλιγωρίας. Calumniari sycophantice Deum de negligentia.

Κατηγορέω,	ήσω, ηκα,	accuso.
Αφίημι,	ήσω, εικα,	absolvo.
Απολύω,	ύσω, υκα,	absolvere in judicio.
Καταγινώσκω,	γνώσω, γνωκα,	damno.

Κρίνω, διώκω, ἐγκαλέω, accuso, ἁλῶμι, inusit. convinco, γράφω, accusare in judicio, ἐπιφέρω, imputo, συκοφαντέω, sycophantice accuso, ἀποφέρω γραφὴν, fero accusationem, καταδικάζω, damno.

I 2 2. Quod

2. Quod si in oratione unus dumtaxat sit casus; cum *accusandi* verbis fere utimur tum genitivo, tum accusativo, sive personæ, sive rei. Isoc. κατηγορῦσ' τινες ἡμῶν ὡς ὀυκ ὀρθῶς βουλευομένων. Accusant nos aliqui, quasi non recte consultemus. Id. κατηγορήσω τῶν ἐνεςώτων πραγμάτων. Accusabo præsentem rerum statum. Xenoph. τὴν ἄλλων μωρίαν κατηγοροῦσιν. Aliorum stultitiam accusant. Plato. κατηγορεῖν τινά. Accusare aliquem.

Ex his tamen συκοφαντέω fere accusativo gaudet. Plutarch. οἱ τὸν Σωκράτην συκοφαντήσαντες. Qui Socratem sycophantice calumniati sunt.

3. Cum verbis vero *absolvendi*, utimur accusandi casu. Demosth. ὃν θεοῖς εὔχεσθε ἐξώλη ποιεῖν, τοῦτον ἀφίετε αὐτοί. Quem a Diis plane perdi optatis, eum ipsi absolvitis. Lycurg. ἐὰν Λεωκράτην ἀπολύσητε. Si Leocratem absolveritis.

4. Ex verbis autem *damnandi* καταγινώσκω, genitivo personam effert: Demosth. καταγινώσκειν τινός. Damnare aliquem ;: κατακρίνω autem accusativo. Demosth. κατακρίνειν τινά. Damnare aliquem : sed καταδικάζω æque utrique casui jungitur. Synes. καταδικάζειν τινός, & τινά. Damnare aliquem.

Appendix Prima.

1. Crimen cum verbis *accusandi*, modo genitivo exprimitur, præfixa περί. Xenoph. διώκω σε περὶ θανάτου. Accuso te de capite; Modo dativo cum ἐπί. Herod. τοῦτον πεφυγαδεῦσθαι ἔλεγον ἁλόντα ἐπὶ στάσεσι. Hunc in exilium actum dicebant convictum de seditionibus. Non raro tum persona, tum crimen gignendi casu effertur. Isoc. οἱ γὰρ αὐτοὶ Βουσίριδος ξενοκτονίας κατηγοροῦσιν. Illi enim ipsi Busiridem accusant de internecione hospitum,

2. Cum verbis γράφω, ἐπάγω, ἐγκαλέω, & similibus, personam dativo, rem accusativo efferimus, quasi ad

ad tertium Activorum ordinem spectent. Demosth. γράφειν τινὶ δίκlω. Instituere accusationem alicui. Id. ἐπάγειν τινὶ αἰτίαν ψευδῆ. Falso aliquem crimine accusare. Plutarch. ἀδικίαν ἐγκαλεῖ τοῖς Λυκέργε νόμοις. Accusat Lycurgi leges injustitiæ.

Ex his tamen ἐγκαλέω, cum solo dativo personæ. Demosth. μηδὲν ἐγκαλεῖτε αὐτῷ ὡς ἀδικέμενοι. Non accusatis eum, ut injuriam passi. Dicimus etiam, ἐγκαλῶ σοι περὶ τέτε. Hujus te accuso. Isoc. περὶ τῆς Μεσσήνης ἐδεὶς ἐδέποθ' ἡμῖν ἐνεκάλεσεν ἀδίκως κεκτημένοις αὐτlώ. Nemo nos umquam de Messenia accusavit, quod injuste eam possideremus.

3. Tum pœna, tum persona, cum verbo καταγινώσκω, genitivo etiam exprimitur. Demosth. καταγινώσκειν τινὸς θανάτε. Damnare aliquem morte. Interdum accusativo pœnam, genitivo vero personam adnectimus. Demosth. καταγνῶναί τινος τlὼ φυγlώ. Damnare aliquem exilio.

Eodem ferme pacto κατακρίνω elegantissime construiturs. Isoc. ὁμοίως ἁπάντων θάνατον κατέκρινε. Sine discrimine omnes capite damnavit.

Appendix Altera.

1. Verba *accusandi*, & *damnandi*, cum judicialia non sunt, sed solum peccasse aliquem, aut errasse significant, accusativum personæ in genitivum, & genitivum rei in accusativum frequenter mutant. Lucian. κατηγορῶ πολλlὼ ἄνοιαν αὐτε. Accuso multam ejus imprudentiam. Plutarch. τέτο κατηγορεσιν Αγησιλάε. Accusant hoc factum Agesilai. Sic Cic. ad Att. l. 9. ep. 5. *scelus accusans Pompeji, levitatem Senatus*. (a)

2. Genitivus criminis cum verbis *accusandi*, quam venuste transit in participium. Demosth. διώκω σε κλέπτοντα. Accuso te furantem, idest *furti*. Id. ἀσεβῶν ἔπως ἑάλωκε, pro τῆς ἀσεβείας. Ac si impietatis damnatus esset.

3. Ανατίθημι, pro *accuso*, cum dativo personæ. Demosth. ἀνατίθημί σοι. Culpam in te transfero, te accuso. Additur & accusativus rei. Isoc. ὧν ἂν ἐκεῖνος ἁμάρτῃ, σοὶ τὰς αἰτίας ἀναθήσουσι. Quicquid ille peccaverit, [illegible] tibi imputabunt. Interdum pro accusativo utimur genitivo. Demosth. τῶν πραγμάτων τούτων σοὶ ἀνατίθημι. Harum rerum caussam tibi imputo.

4. Επιφέρω, imputo, cum genitivo rei, & dativo personæ. Demosth. τούτων τῶν ἀγαθῶν δικαίως ἂν ἐπενέγκαιμεν τοῖς βασιλεῦσιν. Horum bonorum caussam merito regibus adscriberemus (ἐπενέγκαιμεν, ab ἐπιφέρω.)

5. Verbum, ζημιῶ, mulcto, valde variat: dicimus enim, ζημιῶ σε χρημάτων, χρήμασι, χρήματα, & εἰς χρήματα. Mulcto te pecunia. Usitatissimus autem est dativus, ut in passivo. Æschin. οἱ νόμοι κελεύουσι τῶν κλεπτῶν τοὺς ὁμολογοῦντας θανάτῳ ζημιοῦσθαι. Leges jubent, confitentes fures capite plecti.

6. Verbum λύω, solvo, genitivum criminis, ac dativum personæ interdum admittit. Eurip. λύω νείκους πατρί. Absolvo patrem jurgio.

VErba *emendi*, *vendendi*, *locandi*, & similia, præter accusativum, genitivum pretii certi, sive incerti deposcunt. Isoc. τὰς δωρεὰς ὑμεῖς πολὺ πλείονος ἀγοράζετε παρὰ τῶν διδόντων, ἢ τῶν πωλούντων. Munera vos multo pluris emitis a donantibus, quam ab iis, qui vendunt. Id. σύμπασαν τὴν ἀρετὴν καὶ εὐδαιμονίαν οὕτως ὀλίγου πωλοῦντες. Omnem virtutem, ac felicitatem tam exiguo vendentes. Id. πωλεῖν τι πολλοστοῦ μέρους τῆς ἀξίας. Longe [illegible] justum pretium aliquid vendere. Plutarch. τὴν οἰκίαν δέκα μνῶν μισθοῦν. Domum decem minis elocare. Sic τοσούτου, tanti, ὅσου, quanti, πλείονος, pluris, ἐλάττονος, minoris.

Αγο-

Ἀγοράζω,	άσω,	ακα,	emo.
Ἐξαγοράζω,	άσω,	ακα,	redimo.
Πωλέω,	ήσω,	ηκα,	vendo.
Πιπράσκω,	άσω,	ακα,	
Μισθόω,	ώσω,	ωκα,	loco, ſeu eloco.

VErba *æſtimandi*, præter genitivos, ποσοῦ, &c. hos etiam habent, πολλοῦ, magni, ὀλίγου, parvi, μείζονος, pluris, πλείστου, plurimi, μεγίστου, maximi, ἐλαχίστου, minimi, οὐδενὸς, nihili, τοῦ παντὸς, quantivis, τοῦ ἴσου, æquo pretio. &c. Ariſtot. οὐ τοῦ ἴσου τιμῶσιν οἱ ἔχοντες, καὶ οἱ βουλόμενοι λαβεῖν. Non æquo æſtimant pretio, qui habent, ac qui accipere volunt.

Ποιέω,	ήσω,	ηκα	
Τιμάω,	ήσω,	ηκα	æſtimo, ſeu facio.
Δοκιμάζω,	άσω,	ακα	
Ἀποδοκιμάζω,	άσω,	ακα	

Appendix.

1. Genitivo pretii incerti præpoſitio περὶ eleganter adnectitur. Iſoc. περὶ πλείονος ποιεῖν δόξαν καλήν. Pluris facere gloriam pulchram. Vide quæ dicentur in 4. ordin. Deponentium.

2. Dicimus eleganter τιμᾶν τι πρὸ πολλῶν χρημάτων. Greg. Pluris aliquid facere, quam multas pecunias. Item τιμᾶν τι ἀντὶ πολλῶν χρημάτων. Demoſth. Multis pecuniis aliquid anteferre.

3. Huc referri poteſt verbum ἀξιόω, pro *æſtimo*. Plato. πόσου ἀξιώσεις δραχμήν; Quanti æſtimabis drachmam? Item, pro *dignum puto*. Demoſth. κοινῆς τραπέζης ἀξιώσας αὐτόν. Communi eum dignatus menſa.

QUædam genitivum habent pro Latinorum ablativo: & fere ſunt verba *implendi*, *onerandi*, & his

contraria, *privandi*, &c. Plato. ἐμπλήθειν τινὰ ὑψηλῆς καὶ χαύνης ἐλπίδος. Implere aliquem sublimi atque inani ſpe. Ariſtot. ἐπισκευάζουσι τὰς ἡμιόνους τῷ σίτῳ. Aſinas frumento onerant. Iſoc. ὁ πόλεμος ἁπάντων ἡμᾶς τῶν εἰρημένων ἀπεστέρηκε. Bellum nos omnibus, quæ dicta ſunt, privavit.

Implendi.

Γεμίζω, ίσω, ικα,
Πληρόω, ώσω, ωκα, impleo.

Αναπίμπλημι, ἐμπίμπλημι, impleo, ἐμπλήθω, expleo, exaturo, ἀναπληρόω, plenum reddo, σωρεύω, cumulo, ἐξαρύω, ἐξεράω, exhaurio, κενόω, evacuo.

Onerandi.

Φορτίζω, ίσω, ικα,
Επιφορτίζω, ίσω, ικα, onero.

Επαχθίζω, ἐπισκευάζω, ἀποσκευάζω, onero,

Privandi.

Στερέω, ήσω, ηκα,
Αποστερέω, ήσω, ηκα, privo.

Στερίζω, στερίσκω, ἀπαμείρω, privo. Huc referas γεύω. Plutarch. δούλους ἔγευσε τιμῆς ἐλευθερίας. Libertatis honorem Servis guſtandum dedit.

Appendix Prima.

1. Εμπλήθω interdum cum dativo perſonæ. Iſoc. ἐμπλήθειν τινὶ χαύνης ἐλπίδος. Spe inani aliquem implere.

2. Verba *privandi* eleganter cum duobus accuſativis, altero perſonæ, rei altero conſtruuntur. Iſoc. ἀποστερεῖ με Πασίων τὰ χρήματα. Paſion me pecunia privavit.

Appendix Altera.

1. Πλήθω nonnumquam, γέμω fere, etſi *implendi* ſint verba, neutraliter accipiuntur, pro *plenum eſſe*. Plu-

Plutarch. δρυμοὺς νεκρῶν πλήθοντας. Saltus cadaveribus defunctorum refertos. Plato. ἡμεῖς διὰ παντὸς τοῦ βίου γέμομεν ἐλπίδων ματαίων. Nos in omnem vitam inani spe referti sumus.

2. Sunt qui putant, esse huc revocanda, quam plurima e verbis præsertim, *approbandi*, & *reprobandi*, *laudandi*, & *vituperandi*, *admirandi*, & alia sexcenta, quæ accusativo personæ, & genitivo rei adnexa reperiuntur. Plutarch. τῆς εὐλαβείας, καὶ καλοκαγαθίας Κάμιλλον ἐθαύμασαν. A pietate in Deum, atque a virtute Camillum suspiciebant. *Verius tamen in hac syntaxi, & similibus, subauditur* ἕνεκα. *Ut etiam, permutatis inter se casibus, subintelligenda est præpositio* κατά. *e. g.* μακαρίζω σε τὴν ἀρετὴν; *idest*, κατὰ τὴν ἀρετήν. *Beatum ob virtutem te prædico.*

TERTIUS ORDO ACTIVORUM.

Dativus cum Accusativo.

VErba *dandi*, *reddendi*, *tribuendi*, *committendi*, *promittendi*, *declarandi*, & similia, ut apud Latinos, ita apud Græcos, accusandi, & dandi casum post se postulant. Isoc. ἀπένειμαν τοῖς ἄλλοις ὠφελεῖν δυναμένοις οὐδεμίαν τιμήν. Iis, qui aliis prodesse possunt, nullum honorem tribuerunt. Plato. τὸ προσῆκον ἑκάστῳ ἀποδιδόναι. Suum cuique tribuere.

Dandi.

Δίδωμι, ὤσω, ωκα, do,
Νέμω, νεμῶ, μηκα, tribuo.
Απονέμω, νεμῶ, μηκα, [redacted]

Οφείλω, debeo, δαίζω, [redacted], δανείζω, συμβάλλω, fenori do, ἐάω, permitto, ἐγχειρίζω, dedo, ἐπαρκέω, subministro, κατασκευάζω, παρέχω, exhibeo, πορίζω, χορηγέω, suppedito, συμπράττω, porrigo.

rigo, παραχωρέω, συγχωρέω, concedo.

Reddendi.

Αναδίδωμι, ώσω, ωκα, reddo.
Αποτίω, ίσω, ικα,

Αντισταθμίζω, ἀντιβάλλω, rependo, κατάγω, restituo, ἀναγωγέω, adscribo.

Committendi.

Επιτρέπω, ίψω, ιφα, committo.
Πιστεύω, credo, προστάττω, mando, συνίστημι, committo.

Promittendi.

Καταφατίζω, ίσω, ικα. polliceor.

Declarandi.

Δηλόω, ώσω, ωκα, declaro.

Διασαφηνίζω, τρανόω, μεθερμηνεύω, explico, σημαίνω, significo, διανοίγω, ἀνοίγω, aperio, γνωρίζω, expono, δείκνυμι, ostendo, cum compositis, ἀποδείκνυμι, ἐπιδείκνυμι, καταδείκνυμι, ὑποδείκνυμι.

2. Huc spectant *implicandi* verba, ἐμπλέκω, συμπλέκω, περιβάλλω, quæ pro Latinorum ablativo dativum petunt. Isoc. περιβάλλειν τινὰ συμφοραῖς, κακοῖς, λοιδορίαις, πένθει, κινδύνῳ. Involvere aliquem calamitatibus, malis, conviciis, luctu, periculis.

Appendix Prima.

1. Verba *anteponendi*, προτιμάω, προτίθημι, προκρίνω, & ἀγαπάω, pro *antefero*, præter accusativum, genitivum habent apud Græcos. Plutarch. προτιμᾷν τὴν δικαιοσύνην τῆς βασιλείας. Justitiam regno anteponere. Diosc. τὸν περὶ τῶν λυσσοδήκτων λόγον προετάξαμεν τῶν ἄλλων. Anteposuimus cunctis aliis de morsu rabidi canis sermonem. Plutarch. προκρίνειν τὸν ἐπιεικῆ τοῦ πλουσίου. Frugi ac modestum hominem diviti præferre. Ex his ἀγαπάω, genitivo adjicit præpositionem ἀντί. Demosth. ἀγαπᾷν δόξαν ἀντὶ χρημάτων. Gloriam pecuniæ anteferre.

2. Ver-

2. Verbum πιςεύω, pro committo, loco accusativi genitivum cum περὶ, non raro sibi adnectit. Isoc. ὥστε μὴ μόνον περὶ χρημάτων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἄλλων τούτῳ μάλιστα πιστεύειν. Ut non pecunias tantum, verum etiam alia huic in primis committat.

3. Dicimus etiam, δηλοῦν πρός τινα, alicui ostendere. Isoc. δηλῶν πρός τινα,, ὅτι μέλλω αὐτῷ λόγον πέμπειν. Ostendere alicui, orationem ei me fore missurum.

4. Item cum Plutarcho dicimus, ἀναφέρειν, προσάγειν, & εἰσφέρειν τι πρὸς, vel εἰς τὸν δῆμον. Ad populum aliquid referre. Et cum Isoc. ἀναγαγεῖν τινὰ εἰς Θεούς. Reponere aliquem in numero Superorum. Αναφέρω tamen cum genitivo etiam rei. Isoc. τῆς ἡμετέρας εὐπαιδίας εἰς Θεοὺς ἀναφέρομεν. Sobolis nostræ prosperitatem Diis acceptam referimus.

5. Verbis παραχωρέω, & ἐπαρκέω, genitivus rei nonnumquam famulatur. Demosth. παραχωρέω σοι τοῦ βήματος. Concedo tibi suggestum. Aristot. ἐπαρκεῖν τοῖς γονεῦσι τῆς τροφῆς. Alimentum parentibus subministrare.

Appendix Altera.

1. Εμπλέκω frequentius a Græcis passive accipitur, cui dativus præfixa ἐν fere adjicitur. Isoc. ἐν τοσούτοις κακοῖς εἰσὶν ἐμπεπλεγμένοι. Tot malis impliciti sunt. Additur & accusativus rei, apposita εἰς. Polyb. ἐμπλέκεσθαι εἰς τι. Implicari aliqua re. Nonnumquam active acceptum, idem sonat, quod *mutare*. Aristot. ἐμπλέκουσι τὴν ἡδονὴν εἰς τὴν εὐδαιμονίαν. Voluptatem in felicitatem mutare.

2. Nec dissimilia sunt, δαπανάω, & ἀναλίσκω, impendo, quæ præter accusativum rei, admittunt & alterum, adjecta εἰς. Xenoph. πολλὰ καὶ εἰς Θεοὺς καὶ εἰς φίλους καὶ εἰς ξένους δαπανᾷν. Et in Deos, & in amicos, & in peregrinos magnos sumtus

tus facere. Isoc. ἀναλίσκειν χρήματα εἰς στρατιώτας. In milites impendere.

3. Περιβάλλω, cum *cingere* significat, ab Aristotele construitur hoc ferme pacto: περιβαλεῖν τῇ πόλει τὸ τεῖχος. Urbem mœnibus cingere.

4. Μεταδίδωμι, impertior, frequentius tribuitur genitivum rei, ac dativum personæ. Xenoph. τῶ βάρους μεταδιδόναι τοῖς φίλοις δεῖ. Molestia cum amicis communicanda est. Aliquando tantum genitivum rei. Isoc. μεταδιδόναι τῆς πόλεως. Civitatis jura communicare.

QUARTUS ORDO ACTIVORUM.

Geminus Accusativus post Verbum.

QUædam verba Activa post se duos accusandi casus admittunt: atque eadem fere sunt Græcis, quæ Latinis. Æschin. ἀείμνηστον παιδείαν αὐτοὺς ἐπαίδευσεν. Immortalem doctrinam illos docuit. Demosth. τοὺς ἄλλους τέχνην τινὰ διδάσκειν. Artem aliquam alios docere. Plato. ἀναμνήσω ὑμᾶς τὰ τότε πεπραγμένα. Revocabo vobis in memoriam, quæ ab illo gesta sunt. Lysias. ὁ Διογείτων τὴν μὲν θυγατέρα ἔκρυπτε τὸν θάνατον τοῦ ἀνδρός. Diogiton celabat quidem filiam mortem mariti.

Διδάσκω, ξω, χα, doceo.
Παιδεύω, δεύσω, κα, instituo.
Αναμιμνήσκω, ήσω, ηκα, revocare in memoriam.
Υπομιμνήσκω, ήσω, ηκα,
Κρύπτω, ύψω, υφα,
Λανθάνω, λήσομαι, ηκα, celo. celov, latro: intrans.
Συγκρύπτω, ύψω, υφα,
Ερωτάω, ήσω, ηκα,
Επερωτάω, ήσω, ηκα, interrogo.
Διερωτάω, ήσω, ηκα.

2. His adde verba *persuadendi*, πείθω, μεταπείθω,

θω, ἀναπείθω. Plato. ἀλλ' ὑμᾶς τῦτο ὁ πείθω. Sed id vobis non suadeo. Isoc. ἐκ ἔςιν ὅπως ἂν δυνηθεῖεν μεταπεῖσαι ὑμᾶς. Nullo pacto potuerunt vobis persuadere. Plutarch. ἀβέλτερα τὸν δῆμον ἀναπείθει. Stulta populo suadet.

3. Item verba *vestiendi*, ἐνδύω, & *exuendi*, ἐκδύω Matth. 27. 31. ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτῦ. Exuerunt eum Chlamyde, & induerunt eum vestimentis ejus.

4. Item denique verba *exigendi*, ἐκλέγω, ἀπαιτέω, πράττω, εἰσπράττω. Demosth. ἐκλέγω σε τὰ τέλη. Exigo a te vectigalia. Aristoph. ἀπαιτεῖν, seu πράττειν, seu εἰσπράττειν ὀφείλέτlω τὸ χρέος. Exigere a debitore pecuniam.

Appendix Prima.

1. Dicimus etiam, διδάσκειν, μιμνήσκειν, ἐρωτᾷν τινὰ περὶ τίνος, edocere, monere, interrogare aliquem de aliqua re. Aristot. περὶ τῦ πατάγυ μ' ἐδίδαξας. De fragore me edocuisti. Isoc. μιμνήσκειν περὶ νόμυ. Monere de lege. Lucian. ἠρώτησέ με περὶ τύτυ. Me hac de re interrogavit

Ex his μιμνήσκω, & ἀναμιμνήσκω, cum genitivo sine præpositione non raro efferuntur. Hom. μηδέ με τύτων μίμνησκε. Nihil me horum admoneas. Lucian. ἀναμιμνήσκειν τινὰ συγγραμμάτων. Aliquem commentariorum commonefacere.

2. Verba *exigendi*, & *celandi* personam quoque efferunt genitivo, adjecta præpositione ἀπό. Aristid. ἐκλέγειν φόρυς ἀπὸ τῆς ἀλλοτρίας. Ab extera gente tributa exigere. Synes. ἣν μέχρι νυῦ ἔκρυψεν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ὁ Θεός. Quam hucusque Deus homines celavit. Verba tamen *exigendi* præpositionem παρὰ quoque admittunt. Chrysost. ὁ Θεὸς ἀπαιτεῖ παρὰ ἡμῶν τὴν προσευχήν. Deus a nobis precationem exigit.

Appen-

Appendix Altera.

1. Παρακαλέω construitur cum duobus accusativis, altero personæ, rei altero, cui præsignatur modo præpositio ἐπὶ, modo πρός. Isoc. πλοῦτ☉ ἐπὶ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους παρακαλῶν. Divitiæ ad voluptatem juvenes incitantes. Id. παρακαλοῦσιν ὑμᾶς πρὸς τὸ παραδοῦναι τὴν Μεσσήνην. Hortantur nos ad tradendam Messenam. Item παραινέω cum dativo personæ. Xenoph. ὁπόσα ἐκείνοις παραινοίη, ταῦτα φαίνετο ποιῶν. Quæcumque illos monebat, hæc ipse videbatur facere.

2. Παιδεύω accusativo rei modo præpositionem πρὸς, modo εἰς adjungit. Isoc. παιδεύω τὸν βασιλέα πρὸς ἀρετὴν. Ad virtutem regem erudio. Xenoph. οἱ εἰς βασιλικὴν τέχνην πεπαιδευμένοι. Qui ad regiam artem docti sunt. Interdum cum dativo rei copulatur. Isoc. τοιούτοις ἤθεσι τοὺς νεωτέρους παιδεύειν. Talibus moribus juniores erudire. Xenophon autem genitivo rei usus est, cum dixit: τὸν υἱὸν βύρσας παιδεύειν. Filium arte coriaria instituere.

3. Huc revoco ποτίζω, potum præbeo, δράω, + facio - προστάσσω, εὐεργετέω, confero beneficia, quæ gemino accusativo juncta quoque reperies. Marc. 9. ποτίζειν τινὰ ποτήριον ὕδατος. Alicui potum dare calicem aquæ. Isoc. δράω τὴν πόλιν ἀγαθόν τι. Aliquid beneficii in civitatem confero. Demosth. πρᾶξαι τὴν πόλιν τηλικαῦτα ἀγαθά. Tantis beneficiis civitatem afficere. Id. πολλὰ ἂν ἔχω εἰπεῖν, ὅσα εὐεργέτηκεν ἡμᾶς οὗτος ἀνήρ. Multa beneficia recensere possim, quæ hic vir in nos contulit.

4. Verba *exuendi*, & contraria, interdum cum dativo personæ. Matth. ἐξέδυσαν αὐτῷ τὴν χλαμύδα. Eum chlamyde exuerunt. Interdum cum genitivo rei. Lucian. ἀποδύω σε τῶν ἁμαρτιῶν. Te peccatis exuo.

QUIN-

QUINTUS ORDO ACTIVORUM.

Genitivus cum Præpositione ἐκ, ἐξ, ἀπὸ, παρὰ, aut simili, præter Accusativum.

VErba *liberandi*, & his contraria, *removendi*, *prohibendi*, ac *separandi*, & quæ apud Latinos sunt sexti Ordinis Activorum, apud Græcos, præter accusativum, genitivo etiam cum præpositione ἐκ, ἐξ, ἀπὸ, παρὰ, aut simili, copulantur. Plato. ἐλευθερῶν ἀπὸ βαρβάρων τὴν πόλιν. A Barbaris civitatem liberare. Id. μηδὲν τοῦ ἀδίκου ἀπὸ τῆς ἀδικίας ἀφαιρῶμεν. Nihil injusti ab injustitia auferamus. Æschin. παράγειν τινὰ ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως. Abducere aliquem a proposito.

Liberandi.

Ἀπαλλάττω, ἄξω, αχα, libero.
Ἐλευθερόω, ώσω, ωκα,

Ἀφίημι, ἐκσώζω, λύω, ἀπολύω, cum reliquis, libero, φυλάττω, διαφυλάττω, incolumem servo, σώζω, διασώζω, servo. Isoc. διασώζειν ἐκ τῶν κινδύνων τοὺς φίλους. Amicos e periculis liberare.

Removendi.

Ἀποτρέπω, ἕψω, ἐφα, removeo.
Ἐκβάλλω, αλῶ, ηκα, ejicio.

Εἴργω, ἀπείργω, ἐξείργω, removeo, ἐλαύνω, ἀπελαύνω, ἐξελαύνω, expello, φυγαδεύω, διώκω, ἀποδιώκω, ἀπωθέω, depello. Isoc. ἀπείργω σε ἀπὸ τοῦ συμβουλεύειν. Deterreo te a consulendo.

Petendi.

Αἰτέω, ήσω, ηκα, peto.

Ζητέω, quæro, ἀνακρίνω, sciscitor. Plutar. αἰτεῖν παρ' Ἱέρωνος τὴν θυγατέρα εἰς γάμον. Ab Hierone filiam in conjugium petere.

Sepa-

Separandi.

Χωρίζω, ίσω, ικα,
Ἀποχωρίζω, ίσω, ικα, ſecerno.

Σπάω, vello, ἀνασπάω, retraho, διασπάω, divello, ἕλκω, ἑλκύω, traho. Plato. χωρίζειν ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχήν. Animum a corpore ſecernere.

Auferendi.

Αἱρέω, ήσω, ηκα, tollo.

Ἀφαιρέω, aufero, ἀναιρέω, tollo, ἐξαιρέω, ἐξαρπάζω, eripio, ὑφαρπάζω, ſubripio, παράγω, διάγω, ἀπάγω, ἀφίστημι, abduco.

Accipiendi.

Λαμβάνω, ψω, φα,
Παραλαμβάνω, ψω, φα, accipio.

Ἀκούω, audio, μανθάνω, καταμανθάνω, ediſco, ἐκμανθάνω, ediſco. Iſoc. λαμβάνειν τὰ χρήματα παρά τινος. Pecuniam ab aliquo accipere. Demoſth. ἀκήκοα ταῦτα παρὰ τῶν πρεσβυτέρων. Hæc a ſenioribus audivi.

Cognoſcendi.

Γινώσκω, ώσω, ωκα,
Διαγινώσκω, ώσω, ωκα, cognoſco.

Εἰδῶ, συνειδέω, κατειδέω, κατανοέω, συνίημι, ἴσημι, intelligo. Iſoc. γνοίη ἄν τις καὶ τὸν τρόπον, καὶ τὴν ῥώμην τῆς πόλεως ἐξ ἱκετῶν. Ex iis, qui ſupplicant, & mores, & robur civitatis quiſque cognoſcat. Id. ἐξ ὀνόματος τινὰ εἰδέναι. De nomine aliquem noſſe.

Appendix Prima.

1. Verba omnia hujus Ordinis frequentiſſime præpoſitionem rejiciunt. Lucian. λύω σε τῶν δεσμῶν. Solvo te vinculis. Chryſoſt. τὸν τῷ δεσμωτηρίῳ φύλακα

τῆς'

τῆς πλάνης ἐξήρπασε. Custodem carceris ab errore eripuit. Isoc. καὶ ἄλλας πόλεις πολλῶν κακῶν ἀπαλλάξεις. Et civitates alias magnis calamitatibus liberabis. Demosth. εἴργειν τινὰ τῶν ὁσίων καὶ τῶν ἱερῶν. Removere aliquem a sacris.

2. Λύω cum dativo personæ pro *levare* usurpatur. Lucian. λύειν τὴν ἀπορίαν δεομένῳ. Levare illum rogantem inopia.

3. Απαλλάττω præpositionem περὶ interdum sibi adsciscit. Isoc. ἀπαλλάττουσι τὸν ἀδελφὸν περὶ τούτου. Hac de cura fratrem liberant.

4. Διώκω etiam pro *expetere* accipitur, sed ad alium ordinem spectat. Aristot. διώκειν τὴν ἡδονήν. Voluptatem expetere. Item pro *frequentare*. Isoc. διώκειν τὰ πολυανθρωπότατα τῶν χωρίων. Loca celeberrima studiose premere. Interdum pro *æmulari*, seu *imitari*. Isoc. δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα. Æmulare illorum studia. Id. ἐχρῆν τούτους τὴν ἀλήθειαν διώκειν. Oportebat illos veritatem sectari. Item pro *reum ago*. Demosth. διώκω σε ταύτην τὴν γραφὴν, seu ταύτης τῆς γραφῆς. Reum te hujus criminis ago.

5. Ελαύνω, pro *adduco*, est tertii Activorum Ordinis. Hesiod. τῷ δ' ἵππους ἤλαυσαν. Ad eum equos adduxerunt.

6. Dicimus etiam vel cum Demosth. ἀφαιρεῖν σε τοῦτο; vel cum Isoc. ἀφαιρεῖν σοι τοῦτο. Tibi aliquid auferre. Usitatior tamen syntaxis est illa Luciani: ἀφαιρεῖν σε τοῦτο.

7. Αἰτέω geminos quoque accusandi casus non minus frequenter admittit. Demosth. αἰτεῖν τοὺς Θεοὺς ἀγαθά. Bona a Diis petere. Aristid. τὴν ἡγεμονίαν αὐτοὶ τοὺς Ελληνας ᾔτησαν. Ipsi imperium a Græcis petiere. Sic Plinius dixit: *Petere jura Cordubam.*

quærere, frequentare.

+ fort. ἔλασαν

K *Appen-*

Appendix Altera.

1. Ἀκύω, & μανθάνω, pro *audio*, cum sola persona, aut re conjuncta, genitivum postulant. Plutarch. ἀκύειν θορύβυ καὶ βοῆς ἐπὶ θύρας. Audire tumultum, & clamorem pro foribus. Soph. ὅταν μάθῃς μυ, νυθέτει. Cum audiveris me, admone. Attici tamen accusativo, ut diximus, utuntur.

2. Significat & φυγαδεύω, *in exilium pello*; sic & in passiva voce. Plutarch. πεφυγαδευμένυς κατῆγε. Exules reduxit. Dicunt etiam Græci: φυγαδεύειν τινὰ ἐκ τῆς πόλεως. Ex urbe in exilium pellere aliquem.

3. Dicimus αἴρειν. & λύειν, pro *solvere e portu*; ponuntur autem vel absolute, vel cum genitivo intercedente præpositione ἀπὸ, vel ἐξ. Syn. λύσαντες ἐκ Βενδιδείυ. Qui solverunt ex Bendidio.

4. Pro ἐλευθερόω, elegans est, ubi res postulat, λαμβάνω εἰς ἐλευθερίαν. Demosth. λαμβάνειν εἰς ἐλευθερίαν θεράπαιναν. In libertatem asserere Ancillam.

— Postquam

CAP. III.

De Constructione Verbi Passivi.

1. Verbum Passivum plerumque est, quod μαι finitum, Activum fit, ομαι, in ω verso: ut, τύπτομαι, τύπτω; vel μαι, in μι mutato: ut, δίδομαι, δίδωμι.

2. Verbum passivum genitivum cum præpositione ὑπὸ, παρὰ, πρὸς, admittit post se, qui nominativo verbi activi respondet; ante se nominativum, qui respondet accusativo. Reliqui casus integri manent. Demosth. ἐξηπάτησθε μὲν ὑμεῖς ὑπὸ Φιλίππυ. Decepti quidem vos estis a Philippo. Xenoph. σημαίνεσθαί τι παρὰ τῦ Θεῦ. Significari aliquid a Deo. Lucian.

Lucian. πρὸς Θεοῦ τετίμηται. A Deo honoratus est.

Primi Ordinis.

Φιλέομαι,	ημαι,	amor.
Τύπτομαι,	τυμμαι,	verberor.

Secundi Ordinis.

Κατηγορέομαι,	ημαι,	accusor.
Αποκρίνομαι,	ιμαι,	absolvor,
Καταγινώσκομαι,	ωσμαι,	damnor.

Κατηγοροῦμαι κλοπῆς. Accusor furti. Gregor. ἐγκαλοῦμαι τούτου. De hoc accusor. Plato. καταψηφισθεὶς θανάτου, ἢ φυγῆς. Damnatus capite, aut exilio. Lucian. κατεδικάσθησαν θανάτῳ. Morte damnati sunt. Demosth. κατακρίνεσθαι θάνατον. Morte damnari.

Τούτο κατηγορεῖταί μου. De hoc accusor. Plato. δίκαιός εἰμι ἀπολογήσασθαι πρὸς τὰ πρῶτά μου ψευδῆ κατηγορημένα. Justum est, me respondere ad ea, de quibus primum falso accusatus fui.

1. Cum verbo autem καταγινώσκομαι, ac similibus, non raro personam genitivo, & pœnam nominativo efferunt Græci. Plutarch. κατεγνώσθη θάνατος τοῦ Φωκίωνος καὶ τῶν φίλων. Phocion cum amicis capite damnatus est. Id. ἀκούσας Αλκιβιάδης, ὅτι θάνατος αὐτοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ κατέγνωσθαι. Cum Alcibiades audiisset, se cum Sociis morti adjudicatum esse.

2. Pro genitivo pœnæ reperitur verbum Infinitum. Lucian. κατεκέκριτο θηρίοις ἀποθανεῖν. Damnatus erat ad feras.

Tertii Ordinis.

[illegible]ομαι,	ευμαι,	credor.
Επιτρέπομαι,	εμμαι,	committor. ἐπιτέτραμμαι

Frequenter hìc dativus personæ in nominativum

 tran-

transit, manente accusativo. Lucian. ἂν ὁ Ἄρης ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν. Si Marti permittatur arbitrium. Halic. κομισθῆναι Ταρκυνίῳ τοὺς πελέκεις. Allatas esse Tarquinio secures.

Quarti Ordinis.

Διδάσκομαι,	αγμαι,	doceor.
Κρύπτομαι,	υμμαι,	celor.
Αναμιμνήσκομαι,	ημαι,	moneor. -μέμνημαι

Ex geminis accusativis mutatur in nominativum ille (ut apud Latinos) qui personam significat, manente altero. Aristot. οἱ βασιλέων ὑοὶ ἱππικὴν καὶ πολιτικὴν παιδεύονται. Regum filii equestri arte, & politica instituuntur. Pauf. 94. 24. διδάσκονται τὴν ἅλωσιν τῆς Σπάρτης. Spartæ capiendæ rationem edocentur.

Quinti Ordinis.

Ακέομαι, σμαι, audior.

Ζητέομαι, quæror, ἀφαιρέομαι, auferor. Demosth. πολλὰ ἀφηρέθησαν ὑπὸ τῆς τῶν λεγόντων κραυγῆς καὶ βίας. Multa erepta sunt *Judicibus* Oratorum clamoribus, ac violentia.

1. Hic etiam nominativus est personæ, & accusativus rei. Plutarch. ἀφαιρεθεὶς τὰς τιμὰς καὶ τὴν ἀρχὴν. Honoribus, ac regno spoliatus. Aristoph. ἀφαιροῦμαι τοῦτο. Hoc mihi eripitur.

2. Passiva interdum dativum habent, ablata præpositione. Thucyd. ἐπράσσετο αὐτῷ οὐδὲν. Nihil ab illo conficiebatur. Demosth. τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων οὐ μέμνηται. Eorum, quæ a me acta sunt, non recordantur. Hinc hellenismus ille apud Virg. *Nulla tuarum audita mihi, nec visa sororum.* Et apud Cic. l. 3. ep. 6. *Notantur mihi ad divinandum signa.*

CAP.

C A P. IV.

De Constructione Verbi Neutri.

VErbum Neutrum est, quod ω, vel μι finitum, ex se Passivum personale plerumque non gignit: ut, εἰμὶ, ὑπάρχω, sum.

PRIMUS ORDO NEUTRORUM.

Utrimque Nominativus.

Verbum Neutrum, maxime Substantivum, Absolutum, ac Vocativum, apud Latinos, & Græcos, utrimque nominativum habet, cum utrumque nomen ad eamdem rem pertinet. Xenoph. πάντες ὑπῆρχον ἕτοιμοι Omnes erant parati. Dion. ἡ δὲ ἀληθεστάτη αἰτία, φιλοπρωτία ἦν καὶ φιλαρχία. Sed verissima caussa erat, contentio de primatu, & regnandi cupido.
Εἰμὶ, ἔσομαι, s. p.
Τυγχάνω, ἄξομαι, ηχα, sum.
Υπάρχω, ἄρξω, ηρχα
Ονομάζομαι, καλοῦμαι, ἐπικαλοῦμαι, vocor, ἀποβαίνω, evado, ἀμείβω, ambulo, τρέχω, curro, βαδίζω, incedo, ἀνατίπτω, [illegible], καταδύω, occido, & alia quam plurima. Æschin. Ἀριστείδης δ᾽ ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος. Aristides, qui justus nominabatur.

Appendix Prima.

1. Verbum personale etiam apud Græcos utrimque nominativum admittit, cum utrumque nomen ad eamdem rem pertinet. Plutarch. αὐτοκράτωρ Γάλβα ἀναγορεύεται. Imperator Galba salutatur. Id. τοσαύτης ἔτυχεν εὐκλείας, ὥστε μόνος Φιλοπάτωρ προσαγορευθῆναι. Tantam adeptus est gloriam Antiochus, ut

ut solus Philopator nominaretur.

2. Verbum inter duos nominativos diversi generis positum, convenit apud Græcos etiam cum eo, qui verbi basis minime est. Pausan. τῇ πόλει ἐςὶν ὅμορος Κολωνίδες. Colonides sunt locus vicinus urbi. Halic. οὗτος ὁ χῶρος Μέκιοι λειμῶνες καλῶνται. Locus hic vocatur agri Mucii. Sic Plinius: *Angustiæ, unde procedit, Isthmus appellatur*.

3. Posterior nominativus cum εἰμὶ, aut simili, sæpe in genitivum eleganter vertitur. Ἀριςοφανής ἐςι τῶν κωμικῶν. Aristophanes est Comicus. Sic Horat. *Fies nobilium tu quoque fontium*.

4. Huc verbum ἀκούω, pro *dicor*, pertinet. Gregor. πνεῦμα δὲ ἀκούει καὶ πῦρ. Dicitur spiritus, & ignis. Interdum absolute accipitur, ut apud Latinos. Isoc. κακῶς ἀκούει. Male audit. Lucian. καλῶς ἀκούει. Bene audit. Non raro additur genitivus personæ cum ὑπό. Isoc. δεινότερον ἐνόμιζον εἶναι, τὸ κακῶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἀκούειν, ἢ καλῶς τῆς πατρίδος ἀποθανεῖν. Gravius, & acerbius putarunt, male apud cives audire, quam honeste pro patria mortem oppetere.

Appendix Altera.

1. Græci eleganter verba omnia in quocumque tempore circumloquuntur per verbum Substantivum, ac Participium. Soph. Σωκράτης τυγχάνει ἀναγινώσκων, pro ἀναγινώσκει. Socrates legit. Lucian. οὐ σιωπήσας ἔσῃ; pro σιωπήσεις; Non tacebis?

2. Τυγχάνω, & ὑπάρχω, junguntur Participio verbi εἰμί. Isoc. ad Nicocl. τοὺς μὲν γὰρ εἰκὸς τοιαῦτα παθεῖν, οἷάπερ αὐτοὶ ποιοῦσι· τοὺς δὲ χάριν ἀπολαβεῖν, ἧς ἄξιοι τυγχάνουσιν ὄντες. Æquum enim est talia illos pati, qualia ipsi faciunt; hos autem gratiam consequi, qua digni sunt. Demosth. οὐ γαρ ἐχθρὸς ὑπῆρχεν ὤν. Neque enim erat inimicus. Et contra verbum εἰμὶ copulatur Participiis verborum ὑπάρχω, & τυγχάνω. Demosth. δημοσίας τιμωρίας δίκαιός ἐςι τυγχάνων.

χάνων. Publica pœna dignus est.

3. Præteritum πέφυκα, a φύω, nectitur quoque participio verbi εἰμί. Herodot. οὐδεὶς ὅπως ἄνθρωπος ἐὼν ὀλβιος πέφυκε. Nullus hominum fuit tam beatus.

SECUNDUS ORDO NEUTRORUM.

Genitivus post Verbum.

Quædam verba Neutra post se genitivum postulant. Chrysost. οἱ φίλων εὐπορῶντες, οὐκ ἂν ἐν θλίψει γένοιντο. Qui amicis abundant, in ægritudine esse non possunt. Isoc. σπανίζω τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων. Rebus necessariis, & quotidiano victu laboro. Isoc. τοῖς καλοῖς ἥδιον δουλεύομεν, ἢ τῶν ἄλλων ἄρχομεν. Bonis libentius servimus, quam aliis imperamus. Plutarch. ἐξάρχω ἐπινικίου παιᾶνος. Incipere victoriæ pæana.

Ευπορέω, ήσω, ηκα, abundo.
Απορέω, ήσω, ηκα, indigeo.
Αρχω, ἄρξω, ἦρχα, dominor.
Προέχω, έξω, ηχα, antecello.
Λήγω, λήξω, ηχα, desino.

Πλουτέω, ditesco, σπανίζω, χρήζω, προσδέω, ἐνδέω, indigeo, ὑστερίζω, careo, βασιλεύω, ἐπάρχω, κυριεύω, κατακυριεύω, δεσπόζω, δυναστεύω, impero, dominor, ἐξάρχω, κατάρχω, incipio, διαλείπω, ἀφίσημι, desino, διαφέρω, differo, supero, πλεονεκτέω, vinco, ὑπερέχω, antecello, πρωτεύω, excello, ὑπερβαίνω, ὑπεραίνω, κρατέω, ἐπικρατέω, supero. Chrysost. Παῦλος ὁ πάντων κρατῶν. Paulus, qui omnes superat. ἄπειμι, ἀπέχω, ἀποδέω, absum, disto, ἀπολαύω, fruor, τυγχάνω, ἐπιτυγχάνω, adipiscor, ἁμαρτάνω, διαμαρτάνω, ἀποτυγχάνω, aberro. Aristot. ἀποτυγχάνειν τοῦ σκόπου. Scopum non attingere.

Appendix Prima.

1. Εἰμ' cum ad laudem, vel vituperationem spectat, genitivum requirit. Thucyd. ἀγαθῦ τῦ τρόπυ εἰμί. Bonis sum moribus. Id. εἶναι ἑαυτῦ. Sui juris esse. Item pro *consto*. Aristoph. ἐςὶν ὁ πόλεμος ὅπλων. Constat bellum armis. Item pro *assequor*. ad Corint. ἐσμὲν τῆς πίςεως. Assequimur fidem. Demum cum possessionem significat. Xenoph. Cyr. lib. 1. καὶ γὰρ ἦσαν Ἰωνικαὶ πόλεις Τισσαφέρνυ, τὸ ἀρχαῖον ἐκ βασιλέως δεδομέναι. Nam urbes Jonicæ fuerant illæ quidem prius Tessapherni a rege traditæ. Cum præpositionem μετὰ addit genitivo, *favere* significat. Aristoph. εἰμὶ μετά σῦ. Tuis partibus studeo.

2. Verbum πλυτέω cum accusativo, idem sonat, quod *possideo*, *acquiro*. Gregor. ἵνα τὴν βασιλέιαν πλυτήσητε. Ut copiosum possideatis regnum. Idem de Lazaro. πλυτεῖ τὴν ἐν κόλποις Ἀβρααμ ἀνάπαυσιν. Dives est requie in sinu Abraham.

3. Ἀπορέω, cum pro *ambigo* accipitur, modo absolute ponitur; Isoc. ἀπορῶν καὶ μηδεμίαν ἀπαλλαγὴν ἔχων, διαφθείρει τὰ πράγματα. Cum ambigeret, neque se expedire posset, tabulas corrupit; Modo dativum exigit. Isoc. ἀπορεῖν τοῖς παρῦσι πράγμασι. Nescire quid nunc agendum sit. Nonnumquam etiam accusativum. Aristot. ἀπορέω τὴν αἰτίαν. Ignoro, quæ sit caussa.

4. Τυγχάνω, pro *adipiscor*, interdum cum duobus genitivis, altero rei, altero personæ, cui præpositionem ὑπὸ, vel παρὰ adjiciunt Græci. Aristot. τυγχάνειν τύχης ὑπὸ δαιμονίυ. A Dæmonio fortunæ eventum expiscari. Isoc. μεγίςης δωρεᾶς παρὰ τῶν Ἑλλήνων τυγχάνειν. Maximum munus a Græcis consequi.

5. Ἐξάρχω, incipio, etiam cum accusativo. Xenoph. ἐξάρξω

ἐξάρξω παιᾶνα. Pæana incipiam.

6. Verba *imperandi* cum dandi quoque casu efferuntur. Hom. Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε. Impera Myrmedonibus. Plutarch. ὑμῖν τῶν ἄλλων ἀρχών ἐστι. Vobis aliis in rebus imperat. Frequentius additur dativo præpositio ἐν. Isoc. ἡ πόλις ἡμῶν πότε ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐδυνάστευσε. Civitas nostra tunc inter Græcos dominabatur.

Appendix Altera.

1. Ἄρχω, & βασιλεύω, accusativo gaudent; illud, cum *administrare* significat; hoc cum *creare*. Plato. ἐγὼ ἄλλην γὰρ ἀρχὴν οὐδεμίαν πώποτε ἦρξα ἐν τῇ πόλει. Ego enim nullum alium magistratum in civitate gessi. 1. Regum 9. Βασίλευσον αὐτοῖς βασιλέα. Constitue eis Regem.

Reperiuntur & passive ἄρχομαι, & βασιλεύομαι. Democrit. ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη. Mulieri parere, extremum dedecus est viro. Isoc. λέγεται καὶ τοὺς Θεοὺς ὑπὸ τοῦ Διὸς βασιλεύεσθαι. Dicuntur & Dii a Jove regi. Ἄρχομαι vero, pro *exordior*, ad 1. Deponentium ordin. spectat.

2. Ἀπολαύω, pro *fructum capere*, accusativum cum genitivo exigit. Aristoph. ἀγαθὸν ἀπέλαυσεν αὐτοῦ οὐδέν. Bonum accepit ab eo nullum. Interdum genitivo adjicit ἀπό. Aristoph. εἴ τι ἀπὸ τούτων ἀπέλαυον. Si quid fructus ab his caperem.

3. Ἐξαμαρτάνω, pro *pecco*, cum accusativo; nisi forte casus communis sit. Xenoph. ὁπόσα δὲ ἀγνοίᾳ ἄνθρωποι ἐξαμαρτάνουσι, πάντα ἀκούσια ταῦτ' ἐγὼ νομίζω. Omnia, in quibus homines inscitia errant, hæc ego involuntaria esse judico. Accusativo additur & περί. Plato. ἐξαμαρτάνειν περὶ τοὺς κάμνοντας. Errare in curatione ægrotorum.

4. Ex verbis *antecellendi*, διαφέρω, πλεονεκτέω, ὑπερέχω, προτεύω, cum gignendi casu fere construuntur. Isoc. ad Nicocl. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις οἷς ἔχομεν, οὐδὲν τῶν ἄλλων ζώων διαφέρομεν. Siquidem

dem aliis, quæ habemus, nihil animantibus reliquis præstamus.

Ὑπερβάλλω fere, ὑπεραίρω frequentius, accusativo nectuntur. Xenoph. πάντας ἀνθρώπους τόλμῃ τε καὶ μιαρίᾳ ὑπερβάλλειν. Cunctos homines, & audacia, & scelere præcurrere. Plutarch. ὑπεραίρω πάντας τῇ δόξῃ. Omnes gloria supero.

Ὑπερβαίνω personam genitivo effert. Aristot. τίνι τῶν ἄλλων ζώων ὑπερβέβηκεν ἄνθρωπος; In quo animantibus reliquis præstitit homo? Rem vero inanimem accusativo. Isoc. τοῦτο πολὺ τὰς ἄλλας συμφορὰς ὑπερβαίνει. Calamitates ceteras longe hoc antevertit.

Κρατέω interdum cum accusativo personæ. Xenoph. κρατοῦσι τῷ πολέμῳ Περδίκκαν. Perdiccam prœlio superant.

Ἐπικρατέω cum accusativo rei. Isoc. τὰς ἁμαρτίας ἐπικρατεῖν. Peccata reprimere. Reperitur & passive κρατέομαι. Isoc. ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῆναι. Ab imbecillioribus vinci.

5. Νικάω, etsi idem sonat, quod κρατέω, accusativum amat. Hom. ἀργυρέαις λογχαῖσι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις. Argenteis hastis pugna, & omnia vinces. Isoc. νικᾶν τοὺς βαρβάρους. Barbaros vincere. Hinc νικάομαι passive. Alex. νικᾶσθαι ἡδονῇ. Superari a voluptate.

TERTIUS ORDO NEUTRORUM.

Dativus post Verbum.

QUædam verba Neutra dandi casum post se admittunt: atque eadem fere sunt Græcis, quæ Latinis. Athen. Ὑπερείδης συναγορεύων τῇ Φρύνῃ. Hyperides Phrynæ patrocinans. Æschin. βοηθεῖν τῷ φίλῳ χρήμασι καὶ πᾶσιν οἷς δυνάμεθα. Amico succurrere pecunia, & quibuscumque rebus possimus. Hujusmodi fere sunt:

Verba

Verba *patrocinandi*, συνηγορέω, συναγορεύω, συνερέω, συμπάρειμι, πάρειμι, συνειπέω, συνδικέω. Verba *auxiliandi*, βοηθέω, συλλαμβάνω, συμπράττω, συνεργέω, ἀμύνω, ἐπαμύνω, ἐπικουρέω. Verba *favendi*, *&* *Contraria*, ὠφελέω, prosum, ἀντωφελέω, vicissim prosum, λυσιτελέω, συμφέρω, prosum, εὐνοέω, bono esse animo, μνησικακέω, iniquo esse animo ob veterem injuriam. Verba *versandi cum aliquo*, πλησιάζω, προσομιλέω, ὁμιλέω, σύνειμι, εἰμὶ, συμμίγνυμι, συνδιατρίβω, προσδιατρίβω τινὶ, versor cum aliquo. Verba *studendi*, σχολάζω, σπουδάζω. Verba *obediendi*, πειθαρχέω, ὑπακούω. Verba *inserviendi*, ὑπουργέω, λατρεύω, δουλεύω, serviliter colo, ὑπηρετέω, servio, διακονέω, ministro. Verba *Invidendi*, φθονέω, βασκαίνω. Verba *congruendi*, ὁμονοέω, ὁμογνωμονέω, συμφωνέω, ὁμολογέω, συνᾴδω, ἁρμόζω, seu ἁρμόττω, προσήκω, congruo, consentio, συνίστημι, συμπνέω, consentio, conspiro. Verba *gaudendi*, *&* *Contraria*, χαίρω, lætor, συγχαίρω, gratulor, ἐπιχαίρω, gratulor, ἀλγέω, συναλγέω σοι, doleo vicem tuam. Verba *certandi*, ἐρίζω, φιλονεικέω, ἀμφισβητέω. Verba *impingendi*, πταίω, offendo, προσπταίω, προσκόπτω, περιπίπτω, συντυχέω, περιτυγχάνω, incido; convenio, ἐντυγχάνω, ἐφορμάω, εἰσπηδάω, ἐπιπηδάω, ἐπιπίπτω, facere impetum. Verba *sequendi*, ἀκολουθέω, παρακολουθέω. Verba *occurrendi*, ἀπαντάω, συναντάω, ἀντιάζω, ὑπαντιάζω. Verba *perseverandi*, ἐμμένω, ἐπιμένω, παραμένω, διαμένω. Isoc. ἐπαμύνειν ταῖς ἐνδείαις, καὶ συμφοραῖς. Inopiæ, & calamitatibus opem ferre. Demosth. οἷς λυσιτελεῖ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζῆν. Quibus utilius est mori, quam vivere. Xenoph. ὡς τὸ πολὺ ἥλικες ἀλλήλοις σύνεισι. Plerumque æquales cum æqualibus versantur. Id. Σωκράτει σχολάζων διημερεύω. Solidos dies Socrati operam do. Demosth. οὐ γὰρ ἂν ἄλλῳ γ᾽ ὑπακούσαιμι. Neque enim alteri obedirem. Plutarch. ὑπηρετεῖν τοῖς ἐπιτασσομένοις. Mandatis inservire. Id. φθονεῖν τοῖς εὖ πράττουσι δοκοῦ-

σιν

σιν οἱ ἄνθρωποι. Homines videntur iis invidere, qui felices sunt. Isoc. αἱ καταποντισταὶ σφίσιν αὐτοῖς ὁμονοῦντες τὰς ἄλλας ἀπολλύασι. Piratæ inter se consentientes alios perdunt. Xenoph. οὐδενὶ ὅτω χαίρεις, ὡς φίλοις ἀγαθοῖς. Ex nulla re tantam capis voluptatem, quantam ex bonis amicis. Plutarch. ἐντυγχάνειν Παλαμήδη καὶ Αἴαντι. Palamedem, & Ajacem convenire. Thucyd. ἡ νόσος τὸ δεύτερον ἐπέπεσεν τοῖς Ἀθηναίοις. Pestis denuo Athenienses invasit.

2. Item alia huc revocanda sunt verba, quæ ex præpositionibus σὺν, ἀντὶ, ἐπὶ, παρὰ, πρὸς, ἐν, ὑπὸ composita, dativum etiam sibi deposcunt. Chrysost. τῇ ἐσχάτῃ πενίᾳ συνέζη. In extrema paupertate degebat. Id. συμπαίζειν τοῖς ἡλικιώταις. Paribus colludere. Xenoph. τούτοις ἀντιλέγων. His contradicens. Plutarch. ἐπιχειρεῖν τῷ ἔργῳ. Rem aggredi. Demosth. τούτῳ παρέστης. Huic adstitisti. Xenoph. τινὶ ἐπιγελᾶν, προσγελᾶν, προσμειδιᾶν. Alicui arridere. Demosth. προσπίπτειν σοι νόμιζε ταύτην τὴν πόλιν. Existima hanc tibi civitatem ad genua accidere. Isoc. ἐμμένειν ταῖς συνθήκαις. Stare promissis.

3. Huc etiam verba omnia intransitiva aliqui referunt, quibus dativus instrumenti, seu caussæ plerumque famulatur: ut, πονέω, ἀθυμέω, & alia sexcenta. Isoc. πονῶ ψυχῇ. Animo laboro. Id. ἀθυμῶ τοῖς παροῦσι πράγμασι. Animo sum dejecto ob præsentem rerum statum. *Sed verius hic communis est casus.*

Appen-

Appendix Prima.

1. Εἰμὶ etiam apud Græcos dativum habet. Eurip. ἦ πατὴρ ἦν μὲν ἄναξ Φρυγῶν. Cui pater erat rex Phrygum. Sed Græcorum propria est ea locutio Platonis: πολλὴν εὐδαιμονίαν ἂν εἴη περὶ τοὺς νέους. Multa felicitas sit adolescentibus. = Nominat.

2. Ὀφείλω, pro *debeo*, & ἀπιστέω, pro *fidem non habeo*, cum dativo personæ, hujus Ordinis sunt. Demosth. ἐπειδὴ δ' ἐκλύειν ἔδει αὐτὸν οἷς ὤφειλον, ἐξέστησαν τῶν ὄντων. Cum satisfaciendum esset creditoribus, cesserunt bonis. Xenoph. οἷς ἠπιστήκει διὰ τὴν ἐπιβουλήν. Quibus fidem non habuerat ob insidias.

3. Ex verbis *patrocinandi* ὑπερμαχέω, genitivo copulatur. Aristot. ὑπερμαχεῖν τινός. Alicui patrocinari.

4. Ὠφελέω, prosum, & ἀντωφελέω, vicissim prosum, efferuntur etiam cum accusativo. Isoc. οἱ μὲν ἰδιώτας παιδεύοντες, ἐκείνους μόνους ὠφελοῦσι. Qui privatos homines instituunt, iis dumtaxat prosunt. Eleganter quoque dicimus: ὠφελεῖν τινὰ πρός τι. Quempiam ad aliquid juvare. Plutarch. τινὰ πρὸς ἐπιείκειαν καὶ ῥητορείαν ὠφελεῖν. Juvare aliquem ad æquitatem, & eloquentiam adipiscendam.

5. Ὄνημι, prosum, fere cum accusativo. Lucian. οἴει τὸ γένος ὀνῆσαι ἄν τι αὐτὸν πρὸς τὴν μορφήν; An putas, genus illi quicquam profuturum ad formam? Reperitur & ὀνίναμαι, pro *capere fructum*, cum genitivo. Syn. ὀνήσασθαι τῆς ἱερᾶς φιλοσοφίας. Fructum cepisse e sacra Philosophia. Syn. τοῦτο ὀνήσομαι τῆς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ὁδοῦ. Hoc boni consequar e profectione ad urbem Athenas.

6. Dicimus συλλαμβάνειν, & συνεργεῖν σοι εἰς, & πρός τι, ad hanc rem tibi opem fero. Xenoph. ταῦτα γὰρ πάντα εἰς τὸ φιλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχομένων συλλαμβά-

λαμβάνει. Hæc omnia ad amorem subditorum juvant. Theoph. συνεργεῖν πρὸς τὴν ἀτροφίαν. Ad frumenti copiam juvare.

7. Συμπράττω etiam cum accusativo rei. Plutarch. συνέπραξε τῷ Αδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν πεσόντων. Adrasto opitulatus est in recuperandis cadaveribus.

8. Dicimus διατρίβειν, & συνδιατρίβειν κατά τινος, aliquo familiariter uti. Isoc. φίλους κτῶ, καθ' ὧν ἥδιστα συνδιατρίψεις. Amicos para, quibuscum sis jucundissime versaturus. Abjecta vero propositione σὺν, dicimus etiam, διατρίβειν μετά τινος. Isoc. βούλομαι τοῖς μετ' ἐμοῦ διατρίβουσιν ὑποδεῖξαι. Ego iis, qui mecum vivunt, demonstratum volo.

9. Græci etiam dicunt, ὁμιλεῖν πρός τινα, versari cum aliquo. Isoc. οὕτως ὁμίλει πρὸς τὰς ἥττους τῶν πόλεων. Fac ita verseris cum inferioribus civitatibus.

10. Dicimus ὑπουργεῖν, & διακονεῖν σοι τοῦτο, hac in re tibi inservio: accusativus vero casus communis est. Plutarch. ὑπουργοῦσι τοῖς ἀνθρώποις τὰ περὶ τὴν ταλασίαν. Hominibus operam navant in iis, quæ ad lanificium pertinent. Plato. διακονῶ σοι ταῦτα. His in rebus tibi inservio.

11. Ακολουθέω etiam cum genitivo, ac præpositione μετά. Isoc. μετ' ἐκείνου ἐφ' ἡμᾶς ἀκολουθήσουσιν. Illum adversus nos sequentur.

12. Αρμόττω, seu ἁρμόζω, & προσαρμόττω, pro *accommodare*, dativum, & accusativum deposcunt. Plato. τοὺς νόμους ἁρμόζεται τοῖς πολίταις. Leges accommodat civibus: *ubi usus est verbo medio*. Plutarch. πράγματα νόμοις προσαρμόζων. Res legibus accommodans. Αρμόττω cum *expedire* significat, effertur cum accusativo, adjecta πρός. Isoc. τόδε πρὸς τὰς συνουσίας ἁρμόττει. Hoc expedit vitæ consuetudini.

13. Φθονέω, & βασκαίνω, pro *invideo* cum dativo per-

personæ, ac genitivo rei. Cæsar apud Plutarch. ὦ Κάτων, φθονῶ σοι τῦ θανάτυ. Cato, ego tibi mortem invideo. Interdum cum accusativo rei. Philostrat. βασκαίνω σοι τῦτο. Hoc tibi invideo.

14. Σχολάζω, pro *ætatem traduco*, cum accusativo. Demosth. χολάζειν πάντα τὸν βίον ἔν τινι. Solidam vitam in aliqua re impendere. Pro *operam do*, addit dativo, modo præpositionem ἐν, modo πρός. Chrysost. ἐν ταῖς προσευχαῖς καὶ τῇ τῦ Θεῦ λατρείᾳ χολάζειν. Precibus ac divino cultui operam dare. Aristot. ὐκ ἐᾷ χολάζειν πρὸς τοῖς ἰδίοις. Non sinit rebus propriis vacare.

Dicimus etiam cum Plutarch. χολάζειν ὑπὸ, vel ἀπό τινος, ab aliqua re vacare. Interdum absolute effertur, pro *in otio* esse. Plutarch. πρὸς τὸν πυθόμενον εἰ χολάζοι; μηδέποτε (ἔπε Διονύσιος) ἐμοὶ τῦτο συμβαίη. Ad illum, qui interrogabat, an otiaretur ? Numquam (inquit Dionysius) hoc mihi contingat.

15. Frequentissime dicimus, σπυδάζειν περὶ, & ὑπέρ τινος, ἐπί τινι, περί τι, & τὶ, rejecta præpositione. Plato. φασὶν εἰδέναι, περὶ ὧν σπυδάζω. Dicunt se scire, quibus in rebus operam ponam. Demosth. σπυδάζειν ὑπὲρ τύτων χρή. In his opera ponenda est. Isoc. ἐφ' αἷς γνώμαις μάλιςα ἐκεῖνοι ἐσπύδασαν. In quibus sententiis illi præcipue studium posuere. Plato. περὶ τὰ χρήματα σπυδάζειν. Pecuniæ congerendæ operam dare. Id. σὺ ἐμῦ μὲν καταπεφρόνηκας, ἀλλὰ δὲ ἐσπύδακας. Tu quidem me contemsisti, sed aliis rebus studuisti. *Sed forte accusativus hic casus communis est.*

Appendix Altera.

1. Σπυδάζω cum accusativo personæ, sive adjecta sit præpositio περὶ, sive πρὸς, valet *favere*. Isoc. μᾶλλον ἐθαύμαζε τὺς περὶ αὐτὸν σπυδάζοντας. Magis colebat illos, qui ipsius studiosi, & amantes erant. Demosth.

Demosth. πολῖται γεγεννημένοι, καὶ ἄλλως ἐσπουδακότες πρὸς ὑμᾶς. Cives, alioquin vestri studiosi.

Item, pro *serio ago*, modo accusativo cum περὶ, modo dativo cum ἐν adjungitur. Isoc. μηδὲ περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζειν. Neque in rebus ludicris serias res agere. Plutarch. τοὺς σπουδάζοντας ἐν τοῖς γελοίοις, ἔλεγεν ἐν τοῖς σπουδαίοις ἔσεσθαι καταγελάστους. Eos, qui in rebus jocosis seria tractarent, dicebat in rebus seriis esse ridiculos.

καχεῖν

2. Dativi loco admittit μνησικακῶ accusativum, adjecta πρός. Demosth. μνησικακεῖν πρὸς τοὺς βουλομένους σώζεσθαι. Ob veterem injuriam iniquo esse animo in eos, qui servari cupiunt.

3. Dicimus cum Xenophonte, aliisque, ὁμογνωμονεῖν, ὁμολογεῖν, χαίρειν, συγχαίρειν σοι τοῦτο, τοῦτο, & περὶ τούτου. Consentire, gaudere, & gratulari alicui de aliqua re.

4. Φιλονεικέω, ἀμφισβητέω, διαμφισβητέω, ἐρίζω, loco dativi, accusativum personæ cum præpositione πρὸς etiam adsciscunt. Plutarch. φιλονεικεῖν πρὸς τὸν συνάρχοντα. Contendere cum Collega. Isoc. πρός σε ἀμφισβητῶ, vel διαμφισβητῶ. Tecum contendo. Lucian. Μένιππος καταγελᾷ τῶν ἐριζόντων πρὸς ἀλλήλους Φιλοσόφων. Menippus deridet inter se contendentes Philosophos. Ex his ἐρίζω tum accusativo, rejecta præpositione, tum dativo, addita παρά, non raro copulatur. Lucian. παύσασθε ἐρίζοντες ἀλλήλους. Desinite inter vos contendere. Demosth. μὴ βούλεσθε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς ἐρίζειν. Nolite inter vos disceptare.

Ἀμφισβητέω quoque sumitur pro *dubito*, & fere cum genitivo, adjecta περί. Isoc. ἀμφισβητοῦσι περὶ τῆς ψυχῆς γυμνασίων, οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν διατρίβοντες. Philosophiæ professores dubitant de animi exercitiis.

5. Εἰμὶ, & διατρίβω, pro *tempus in aliqua re traducere*, accusativum adjecta περὶ petunt. Isoc. περὶ τὴν ποίησιν καὶ λόγους εἶναι. In Poeseos, atque Eloquentiæ studio versari. Id. οἱ μὲν περὶ κράτιστον τῆς φιλοσοφίας

φίας διατρίβοντες. Qui in optima Philosophiæ parte versantur.

6. Ἐπιμένω frequentius, & μένω interdum, addunt ἐπὶ dativo. Isoc. ἐπὶ τῶν αὐτῶν πράξεσι συνεχῶς ἐπιμένειν, & alibi μένειν. In suis actionibus firmiter persistere. At μένω etiam cum genitivo, & περὶ. Isoc. περὶ μὲν αὐτῶν τούτων μένειν. In iis ipsis quidem rebus persistere.

7. Sed motum aliquem ista significant. Plutarch. εἰς ἡμᾶς διαμένειν. Ad nostram usque perdurat ætatem. Id. ἐντυγχάνειν πρός τινα. Adire ad aliquem. Xenoph. ἐφορμῶν πρὸς τοὺς πολεμίους. In hostes irruens. Demosth. εἰσπηδᾶν εἰς οἰκίαν τινός. Irruere in ædes alicujus. Matth.4. πρὸς λίθον τὸν πόδα προσκόπτειν. Offendere pedem ad lapidem. Proverb. 5. πρὸς λίθον πταίειν. Ad lapidem impingere: & similia.

8. Nonnulla hujus ordinis passive efferunt Græci: ut, ἀπιστοῦμαι, non credor: ὠφελοῦμαι, juvor: φθονοῦμαι, invideor, &c. Chrysost. πολλὰ δὲ καὶ ἀπιστεῖσθαι τῶν ἐν στήλαις γεγραμμένων. Et multis quoque rebus, quæ columnis inscriptæ sunt, fidem derogari. Xenoph. ὠφελοῦμαι πρὸς τῶν φίλων κτῆσιν. Juvor ad conciliandos amicos. Id. φθονεῖσθαί τε δι' αὐτοὺς καὶ μισεῖσθαι. Et invidiæ propter eos obnoxium esse, atque odio haberi.

QUARTUS ORDO NEUTRORUM.

Accusativus post Verbum.

QUædam verba Neutra post se accusandi casum postulant; ea vel ad rem rusticam pertinent: Nazianz. σπείρω τὴν γῆν. Semino agrum; Vel ad alias res. Plutarch. κολακεύομεν οἰκοτρίβας ἀνθρώπους. Adulamur vernas, seu servos domi natos. Demosth. θνητὸν ἄνδρα προσκυνοῦντες. Mortalem hominem adorantes.

Quæ ad rem rusticam spectant.

Ἀρόω, όσω, οκα, aro.
Ἀμπελουργέω, ήσω, ηκα, puto.

Ἀφαρόω, βοωτέω, ἀροτεριάζω, aro, ἀμάω, meto, βωλοκοπέω, occo, δρέπω, vindemio, κοπρίζω, stercoro, λικμάω, vanno, ὀρύττω, fodio, σπείρω, semino, φυτεύω, planto, atque horum similia.

Quæ ad alias res.

Adorandi.

Προσκυνέω, ήσω, ηκα, adoro.
Ἀντιβολέω, ήσω, ηκα, obsecror.

Ἱκετεύω, suppliciter oro. Xenoph. ἱκετεύειν τοὺς Θεοὺς δεσποτῶν ἀγαθῶν τυχεῖν. Suppliciter Deum rogare, ut dominos bonos nanciscamur.

Nocendi, & Contraria.

Βλάπτω, άψω, αφα, noceo.
Καταβλάπτω, άψω, αφα, noceo.
Εὐποιέω, ήσω, ηκα, benefacio.

Κακόω, κακοποιέω, malefacio, καλοποιέω, benefacio, ἐπινέμω, [redacted]. Demosth. οἱ κακοῦντες τοὺς γονέας μέγιστ' ἀδικοῦσι. Qui de parentibus suis male merentur, maxime injurii sunt. Demosth. τὸν βουλόμενον εὖ ποιεῖν ἡμᾶς ἐάσωμεν. Sinamus nobis, eum, qui velit, benefacere. Lycurg. in Leocr. τοὺς ἄλλους πολίτας μεγάλα βλάψετε. Plurimum reliquis civibus nocebitis. Demosth. ἄν τις καταβλάψῃ τινὰ ἑκὼν ἀδίκως. Si quis voluntarius injuste alicui nocuerit.

θεραπεύω, alten Deo. Thucid.

Adu-

Adulandi.

Κολακεύω, εύσω, ευκα, adulor.
Θωπεύω, εύσω, ευκα,
Æſchin. τὸν δῆμον θωπεύειν. Populo adulari.

Inſidiandi.

Επιβουλεύω, εύσω, ευκα, molior.
Ενεδρεύω, εύσω, ευκα, inſidior.

Λοχάω, inſidior, θηρεύω, θηράω, inſidias ſtruo, proprie de feris dicitur. Demoſth. τὴν ἀποχώρησιν ἐπιβουλεύειν. Furtivam abitionem moliri. Plutarch. θηρεύειν ἀλώπεκας. Vulpes venari. Lucian. θηρεύειν, vel θηρᾷν τινά. Alicui inſidiari.

Miſerendi.

Ελεέω, ήσω, ηκα, miſereor.
Οἰκτείρω, ερῶ, αρκα,

Κατελεέω, κατοικτείρω, κατοικτίζω, miſereor, ταλανίζω, miſerum prædico. Demoſth. δίκαιόν ἐστιν ἐλεεῖν, οὐ τοὺς ἀδίκους τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τοὺς παραλόγως δυστυχοῦντας. Æquum eſt, non ſceleratorum hominum miſereri, ſed injuſte afflictorum. Lucian. οἰκτείρω τὴν τύχην. Me fortunæ miſeret.

Olendi, Exhalandi, Spirandi.

Οζω, ήσω, ηκα, oleo.
Απόζω, ήσω, ηκα,

Προσόζω, & Dorice ποτόσδω, redoleo, ἀάζω, exhalo, ὄσδω, πνέω, & poetice πνείω, ſpiro. Dioſc. ὄζουσα γεώδες. Terram redolens. Ariſtot. ἀάζουσι δὲ θερμόν. Calidum quidem exhalant. Xenoph. οἱ πῦρ πνέοντες. Ignem ſpirantes.

Appendix Prima.

1. Huc revocantur ea omnia, quibus res verbi additur: ut, δίκην δικάζειν. Judicium judicare. δεῖπνον δειπνεῖν. Cœnam cœnare. ὕβριν ὑβρίζειν. Injuria afficere. Lucian. πλουτεῖν πλοῦτον. Ditescere divitiis. Xenoph. δουλεύειν δουλείαν. Servire servitutem, & his similia.

Interdum dandi casu effertur verbale: ut, χαρᾷ χαίρει. Gaudio gaudet. ἁμαρτάνει ἁμαρτήματι. Peccat peccatum: hoc tamen Hebraismum sapit.

2. Ὄζω, ποτόσδω, seu προσόζω, πνέω, seu πνείω, etiam cum genitivo. Arist. ὄζω μύρου τῆς κεφαλῆς. (διὰ κεφαλῆς) Caput meum unguentum redolet. Id. γλυφάνοιο ποτόσδων + Sculpturam olens. Epigr. lib. 5. πνείων ἀρετῆς. Verborum elegantiam spirans. Interdum absolute ponuntur. Athen. ὡς γλυκὺ ὄζει. Quam bene olet.

+ Theocr. Id. 1. v. 28.

3. Dicimus ἱκετεύειν τινὰ ὑπέρ τινος, aliquem pro aliquo orare. Chrysost. ἱκετεύειν τὸν Θεὸν ὑπὲρ Παύλου. Supplices preces pro Paulo fundere ad Deum.

Appendix Altera.

1. Κολακεύω, βλάπτω, προσκυνέω, ἐπιβουλεύω, καλῶς ποιέω, cum dativo etiam personæ. Plutarch. τοῖς πλουσίοις κολακεύειν. Divitibus adulari. Demosth. τῷ Θεῷ προσκυνεῖν. Deum venerari. Isoc. ἐπιβουλεύειν τοῖς Θηβαίοις. Thebanis insidiari. Luc. 6. 27. καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς. Benefacite iis, qui oderunt vos.

Additur nonnunquam verbo ἐπιβουλεύω, accusativus rei. Herodot. ἐπιβουλεύειν τινὶ θάνατον. Necem alicui moliri.

2. Sunt

2. Sunt qui, verbum ἀλγέω, doleo, & ſimilia, accuſativo partis potiſſimum adnexa, huc revocant, Theoc. ἀλγῶ τὴν κεφαλὴν, alibi, τὸν δάκτυλον. Dolet mihi caput, digitus. Ariſtoph. ἀλγῶ τὰς γνάθους. Dolent mihi maxillæ. *At in his, ac ſimilibus præpoſitio* κατὰ *rectius ſubintelligetur.*

3. Plurima hujus Ordinis verba, cum accuſativo fruantur, paſſive non raro accipiuntur. Theoph. ἄμπελος ἀμπελουργουμένη. Vitis putata. Iſoc. οὐκ οἶμαι θεμιτὸν εἶναι, ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι. Non fas eſſe arbitror, præſtantiorem virum a deteriore lædi. Plutarch. κολακευθεὶς ἀνὴρ ὑπὸ γυναικός. Maritus adulatione captus ab uxore. Demoſth. παρ' ὅλην τὴν πρεσβείαν ὑπό σου τοιαῦτα ἐπιβεβουλευμένος. In tota legatione hujuſmodi inſidiis a te petitus. Id. ἀξιοῦν ἐλεεῖσθαι ὑπό τινος. Miſericordiam alicujus implorare.

QUINTUS ORDO NEUTRORUM.

Genitivus cum præpoſitione poſt Verbum, aut Verbum abſolute.

QUædam verba, ſive Activa, ſive Neutra, ut paſſionem ſignificant, ita paſſivorum more conſtruuntur: quæ modo genitivo, adjecta ὑπὸ, παρὰ, aut πρὸς, copulantur: ut ἀπαλλάττομαι ὑπό σου. Liberor abs te; Modo abſolute ponuntur. Ariſtot. τὰ δὲ εἰς ἄλληλα ἀνακάμπτει. Hæc vero in ſeſe mutuo reflectuntur. Plat. in Phæd. εἰ μὴ ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα. Niſi ſemper per mutuam generationem ſequentia priorum in locum ſufficerentur. Id. τελεῖς εἰς ἄνδρας. Viris accenſeris. Quo in genere præcipua ſunt:

Ανακάμπτω,	ἀμψω,	αμφα,	
Επανακάμπτω,	ἀμψω,	αμφα,	reflector.
Επαναστρέφω,	ἑψω,	εφα,	

Ὑποκάμπτω, per ambages circumagi fallendi causſa, ἀναλαμβάνω, recreor, ἀνταποδίδωμι, viciſſim reddor, ἀπαλλάττω, liberor, ſeu defungor. Sic ἀπηλλαχέναι τοῦ καθήκοντος. Officio perfunctum eſſe. Ἀποδίδωμι, reddor, ἐξαλλάττω, παραλλάττω, συνάπτω, conjungor, ἀντιςρέφω, retrorſum agor, ὑπτιάζω, ἐξυπτιάζω, ἐπέχω, retineor, μεταβάλλω, mutor, παρακινέω, indecore moveor. Ariſtoph. in ranis. ἰδοὺ, σκόπει μὴ με παρακινήσαντα ἴδῃς; Aſpice, num tibi videar indecore moveri? Στοίχω, ordinor, συςοιχέω, in eadem acie ordinor, ἀντιςοιχέω, adverſis opponor ordinibus, τελέω, cenſeor, & his affinia.

+συμίκον, τεσυμίκον

2. Hæc tamen omnia fere aliàm obtinent ſignificationem, & active quoque poſſunt accipi, ut apud probatos Scriptores videre eſt.

Appendix Prima.

Ἵςημι in Aoriſto 2. & Præterito activo, ac præſertim in compoſitis, paſſive etiam accipitur. Iſoc. καταςῆναι εἰς ἀρχήν. In magiſtratu conſtitui. Id. τὰ καθεςηκότα, vel ſæpius καθεςῶτα. Inſtituta Reipublicæ. Sic συςῆναι πόλεμον. Conflatum eſſe bellum. ὑποςῆναι τὸν κόσμον. Mundum eſſe conditum. Sic περιςῆναι. Adductum eſſe. Demoſth. Olyn. 1. εἰς τοῦτο περιέςη τὰ πράγματα Φιλίππῳ, Dorice pro Φιλίππου. Philippi eo res redactæ ſunt.

2. Μεταβάλλομαι paſſiva voce ſæpius eſt, *transfugarum more ad hoſtem deficere*. Plutarch. in Alex. τοῖς μεταβαλλομένοις πρὸς αὐτὸν, ἄδειαν ἐκήρυττεν. Iis, qui ad ſe deficerent, impunitatem Præconis voce promittebat.

+vel μεταβαλλμένοις

3. Στρέφω, maxime in Aoriſto 1. paſſive ſignificat, *converſus ſum*, aut *converti*: unde ἐπαναςρέφειν, pro *reflecti*, & ὑποςρέφειν, pro *redire*, vel *repente a fuga in hoſtem converti*.

Appendix Altera.

1. Huc pertinet Præteritum, ἥλωκα, seu ἑάλωκα, & Aoristus 2. ἥλων, seu ἑάλων, simul cum Participiis, ἡλωκὼς, seu ἑαλωκὼς, & ἁλὺς, seu ἑαλὺς, quæ oriuntur ab ἁλίσκω. Hæc sub activa voce passivam habent significationem, nempe *reus peractus sum*, *captus sum*. Demosth. ἁλῶναι τῆς τῶν δημοσίων κλοπῆς. Peculatus reum peractum esse. Isoc. οἱ ἄνθρωποι κατὰ κράτος ἁλόντες. Homines vi capti. Id. ἁλὺς ἔρωτι. Captus amore. Aoristus hic 2. aliquando genitivo personæ, vel rei copulatur, quasi subaudiatur dativus ἔρωτι. Philostrat. in Heroic. ἁλῶναι τῆς κόρας. Puellæ amore captum esse. Lucian. τῷ κάλλυς ἁλὺς. Forma captus.

ἅλωμι

2. Συνάπτω, pro *committi prælium*, idque cum dandi casu. Xenoph. τοῖς πολεμίοις συνάπτειν. Bellum cum hostibus committi. Vel cum accusativo, & præpositione εἰς, subintellecto dativo personæ. Polyb. συνάπτειν εἰς τὰς χεῖρας. Propius admoveri hostibus.

CAP. V.

De Constructione Verbi Communis.

1. VErbum Commune, seu Medium est, quod μαι finitum, activi simul, & passivi significationem habet. At quæ active usurpantur, activorum more; quæ vero passive, passivorum more construuntur: ut βιάζομαι τὸν φίλον. Amico vim infero. βιάζομαι ὑπὸ φίλυ. Ab amico vis mihi infertur. ἄγομαί σε. Duco te. ἄγομαι ὑπό συ. Ducor abs te.

Τύπτομαι, τύψομαι, τέτυπα, verberor, & verbero.
Φιλέομαι, φιλήσομαι, πέφιλα, amor, & amo.

Sic βιάζομαι, ἄγομαι, & alia istiusmodi.

Appendix.

1. Præterita, & Aoristi 1. vocis passivæ eorum verborum, quæ active vix umquam proferuntur, active ut plurimum, passive rarius usurpantur: ut, διείλεγμαι, & διελέχθην, disserui, a διαλέγομαι: ἰαθεὶς, curans, & curatus, ab ἰάομαι: παραδεχθεὶς, qui excepit, & exceptus est, a παραδέχομαι: ἐθεάθην, contemplatus sum, & ab alio lustratus, a θεάομαι.

2. Alia etiam Præterita passiva eorum verborum, quæ active non minus frequenter usurpantur, pro activis sumuntur: ut ἐνδέδειγμαι, ostendi, pro ἐνδέδειχα, ab ἐνδείκνυμαι: πεποίημαι, feci, pro πεποίηκα, a ποιέομαι: ηὐτρέπισμαι, instruxi, pro ηὐτρέπικα, ab ἀτρεπίζομαι.

3. Sunt qui, multa verba vocis mediæ passionem in Perfecto, & Plusquam Perfecto, & Aoristis, & Futuris adsignificare affirmant: ut, πέτηκα, contabui, a τήκω: σέσηπα, computrui, a σήπω: μέμηνα, insanii, a μαίνω: ὄλωλα, perii, ab ὄλλυμι. *Verum hæc, & similia censenda sunt, αὐτοπαθητικὰ, idest ex se passiva; ac passionem in qualibet inflexione, ac forma significant.*

ADMONITIO.

Cave existimaveris verba vocis mediæ in quolibet tempore tum active, tum passive ad arbitrium sumi posse: cum in Præsenti dumtaxat, atque in Imperfecto utramque significationem retineant; Perfectum autem, & Plusquam Perfectum, Aoristi, & Futura per omnes modos, vix passive sumuntur, auctore Gretsero lib. 1. c.13.

CAP.VI.

CAP. VI.

De Constructione Verbi Deponentis.

VErbum Deponens est, quod μαι finitum, Activè fere, vel Neutri significationem habet: ut, δέομαι, precor.

PRIMUS ORDO DEPONENTIUM.

Genitivus post Verbum.

QUædam verba Deponentia post se gignendi casum postulant. Aristoph. αἰσθάνομαι ψόφου. Strepitum sentio. Xenoph. αἰσθάνομαί σου ψευδομένου. Sentio, seu animadverto te mentiri. Lucian. ὀσφρᾶται τοῦ χρυσοῦ. Odoratur aurum. Isoc.ad Nic. κήδου τῶν οἴκων τῶν ἰδιωτῶν. Ædes privatorum hominum tibi sint curæ. Id. ὁρῶσιν ἡμᾶς οὐ στέργοντας οἷς ἔχομεν, ἀλλὰ ἀεὶ τοῦ πλείονος ὀρεγομένους. Vident nos non contentos esse præsentibus, sed semper plura appetere. Aristot. eth.lib.4. τῶν δὲ ἀλλοτρίων οὐκ ἐφίενται. Aliena non appetunt.

Sentiendi, & Odorandi.

Αἰσθάνομαι, ήσομαι, ημαι, sentio.
Προαισθάνομαι, ήσομαι, ημαι, præsentio.
Οσφράομαι, ὀσφραίνομαι, odoror.

Expetendi.

Ορέγομαι, ἔξομαι, εγμαι, appeto.
Εφίεμαι, appeto, γλίχομαι, cupio. Aristot. τῶν ἐναντίων ἡ φύσις γλίχεται. Natura appetit contraria.

Recor-

Recordandi.

Μνάομαι, ήσομαι, ημαι, recordor.

Μιμνήσκομαι, ἀναμιμνήσκομαι, ἐπιμιμνήσκομαι, reminiſcor.

Curandi.

Επιμελέομαι, ήσομαι, ημαι, curo.

Επιμέλομαι, κήδομαι, curo. Xenoph. ὐδὲ τῶν σωμάτων ἐπιμέλονται, ὥσπερ πρόσθεν. Neque corpora curant, ut ante.

Conſequendi, & Prehendendi.

Εφικνέομαι, ἐφίξομαι, ἐφῖγμαι, conſequor. Επιλαμβάνομαι, ἔχομαι, λαμβάνομαι, pro *prehendo.* Iſoc. ἐφικέσθαι τῆς ἀρετῆς. Virtutem adipiſci. Luc. in Tim. εἱπόμην δ' ἐγὼ κατόπιν ἐχόμενος αὐτῦ. Sequebar autem ego a tergo prehendens eum. Plat. in Charm. καί με λαβόμενος τῆς χειρὸς. Et me prehendens manu.

Abſtinendi intranſitive ſumta.

Απέχομαι, ἀφέξομαι, ἀπέσχημαι, abſtineo.

Απαλλάττομαι, ἀφέσαμαι, ἀπείργομαι, abſtineo, παύομαι, ἀναπαύομαι, deſiſto. Iſoc. οἱ τῶν μικρῶν μὴ ἀπεχόμενοι, δῆλον ὅτι ὐδὲ τῶν μεγάλων ἀφέξονται. Qui a parvis non abſtinent, certum eſt, eos nec a magnis ſibi temperaturos.

Indigendi.

Δέομαι, ήσομαι, ημαι, indigeo.

Προσδέομαι, ἐνδέομαι, egeo. Antiphanes. ὁ μηδὲν ἀδικῶν, ὐδενὸς δεῖται νόμυ. Qui nihil peccat, nulla tenetur lege.

Huc etiam ſpectant ἄρχομαι, ordior, φείδομαι, parco, πλανάομαι, ἀποπλανάομαι, διαψεύδομαι, pro *aberro.* Nazianz. παίδων φείδεσθαι πατρικὸς λόγος. Liberis parcere, paterna lex eſt.

Appen-

Appendix Prima.

1. Αἰσθάνομαι, & προαισθάνομαι, & reliqua sensuum verba, accusativo etiam attice junguntur. Demosth. προαισθάνομαι ἀπάτην. Fraudem præsentio. Xenoph. αἰσθάνομαι τὰ τῶν πολεμίων. Hostium negotia intelligo.

Vid. J. S. app. 2. in l. ordin. activ.

2. Γλίχομαι, cupio, & ἐξίσαμαι, pro *abstineo*, accusandi quoque casum sibi tribuunt. Philo. ἀναγκαῖον οὖν τὴν τοῦ κόσμου φύσιν γλίχεσθαι τὴν ὅλου διαμονήν. Necesse est igitur, ut mundi natura expetat universitatis incolumitatem. Plutarch. ἐξίσαμαι οὐδένα κίνδυνον. Nullo discrimine abstineo.

3. Dicimus quoque μνησθῆναι, & ἀναμνησθῆναί τι, & περί τινος, alicujus meminisse rei. Isoc. τὰς τοῦ πατρὸς προαιρέσεις ἀναμνησθῆναι. Patris instituta meminisse. Id. ἐμνήσθη περὶ ταύτης γυναικὸς πρὸς τοὺς πάροντας. Illius mulieris apud præsentes mentionem fecit. Dicimus etiam, cum Demosth. παρ' ἑαυτῷ ἀναμνησθῆναι. Secum ipso recolere.

4. Ex verbis *curandi* ἐπιμελέομαι, genitivo addit non raro, περὶ, vel ὑπέρ. Plato. ἐπιμελεῖσθαι περὶ στρατηγίας. Curare munus imperatorium. Demosth. ἐπιμελεῖσθαι ὑπὲρ τῶν κοινῶν. In Rempublicam omni cura incumbere.

5. Καρπόομαι, pro *consequor*, *adipiscor*, fere accusandi casui adhæret. Plutarch. δωρεὰς μεγάλας καρποῦσθαι. Magna consequi dona. Interdum genitivum amat, adjecta ἐκ, vel ἐξ, præter accusativum. Xenoph. ἐκ τούτων ἀσφάλειαν καὶ εὔκλειαν καρποῦσθαι. Securitatem, & gloriam ex iis percipere.

6. Δέομαι, pro *oro*, huc pertinet. Æsop. Fab. 3. ἀηδὼν ἐδεῖτο τοῦ ἱέρακος μὴ βρωθῆναι. Philomela orabat Accipitrem, ne ab eo devoraretur.

7. Præter genitivum rei, alterum, adjecta ἀπὸ, sibi tribuit ἄρχομαι. Plato. κατὰ τὴν πρώτην γένεσιν

τὸ

τὸ νήπιον κλαίει, καὶ τῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἄρχεται. Sub ortum ipsum infans plorat, atque a dolore vitam auspicatur. Nonnumquam effertur cum solo genitivo, addita ἀπό. Demosth. ἀπ' αὐτῶν δὲ ὧν αὐτὸς βεβίωκεν ἄρξομαι. Ab iis autem, quæ in vita ipse perpetravit, initium faciam.

Appendix Altera.

1. Ἐπιλαμβάνομαι, pro *vindico*, *corripio*, *capto*, *reprimo*, hujus Ordinis etiam est. Plato. μὴ ἐξέστω τούτε κτήματος ἐπιλάβεσθαι. Non liceat his de facultatibus vindicare. Xenoph. μόνος ἐπελάβετο τῦ ψηφίσματος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Solus in concione plebiscitum redarguit. Plato. ἐπιλαμβάνεσθαι προφάσεως. Captare occasionem. Plutarch. ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς ἐκείνε μανίας. Ejus insaniam coercere. At pro *apprehendo*, cum accusativo etiam personæ. Act. 16. 19. ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν, εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τὰς ἄρχοντας. Apprehendentes Paulum, & Silam, perduxerunt in forum ad Principes.

2. Accipitur interdum ἀφίσαμαι, pro *deficere ab aliquo*, & genitivo gaudet. Isoc. τὰς μὲν ἀφισαμένες τῆς ἀρχῆς τῦ βασιλέως συγκαταστρεψόμεθα. Eos, qui a Regis imperio desciverunt, simul subvertemus. Active acceptum idem sonat, quod *facere ut quis deficiat*, & accusativum præter genitivum postulat. Isoc. τῆς μὲν ἡμετέρας πόλεως τὰς Ἴωνας ἀπέστησαν. Effecerunt, ut Jones a nobis deficerent.

3. Ἀπέχω active, pro ἀπέχομαι, gignendi quoque casui adhæret. Æschin. πολὺ ἀπέχειν τῆς τῶν ἐλευθέρων ὕβρεως. Ab ingenuorum hominum injuria prorsus abstinere.

4. Φείδομαι cum Infinito, cui si præfigatur articulus, pro *cavere* sumitur. Lucian. καὶ ἐδὲ τῦ ἐλαίε φείδονται τῦ μολύνεσθαι. Neque oleo cavent inquinari.

SECUN-

SECUNDUS ORDO DEPONENTIUM.

Dativus post Verbum.

QUædam verba Deponentia post se dandi casum exigunt. Demosth. τοῖς πολεμίοις μάχεσθαι. Pugnare cum hostibus. Moschion. ἕπεσθαι τοῖς τερπνοῖς εἴωθε τὰ λυπηρά. Tristia sequi solent voluptatem. Plato in Apol. καί μοι μὴ ἄχθεσθε λέγοντι ἀληθῆ. Et non succensete mihi vera dicenti. Ulpian. in Demosth. οὐ δεῖ θαῤῥεῖν καὶ ἐπαναπαύεσθαι τοῖς τῶν ῥητόρων λόγοις. Non est confidendum, nec acquiescendum Oratorum verbis. Demosth. συναίρεσθαι τῇ κοινῇ πατρίδι. Opitulari communi patriæ.

1. Similia censentur verba *pugnandi*, μάχομαι, διαμάχομαι, διαμαχέομαι, ἀγωνίζομαι, ἁμιλλάομαι, certo, συναγωνίζομαι, contendo. Verba *sequendi*, ἕπομαι. Verba *opitulandi*, συναίρομαι, & συναγωνίζομαι, quod etiam valet *opitulor*. Verba *utendi*, χράομαι. Verba *quiescendi*, ἐπαναπαύομαι, ἀρέσκομαι, pro *quiesco*. Verba *repugnandi*, seu *obsistendi*, ἀντιτάττομαι, ἐναντιόομαι. Verba *conviciandi*, λοιδορέομαι. Verba *consentiendi*, συγκατατίθεμαι, συμφέρομαι, σύνισαμαι, pro *conspiro*. Verba *irascendi*, θυμόομαι, ὀργίζομαι, ἄχθομαι; & cetera his affinia, præsertim composita ex præpositionibus, quæ dandi casum requirunt.

2. Huc nonnulli revocant verba *superbiendi*, φιλοτιμέομαι, ὀγκόομαι, superbio, σεμνύνομαι, ἐπαίρομαι, mihi placeo, μεγαλαυχέομαι, glorior, καταλαζονεύομαι, superbe glorior, φυσάομαι, inflor, & quam plurima alia, quæ dativo, sive instrumenti, sive caussæ frequentissime copulantur. Lucian. φιλοτιμεῖσθαι τῷ κάλλει. Formæ elegantia superbire. Quæ tamen omnia dativo præpositionem ἐπὶ, aut similem, fere adjiciunt. Xenoph. ὀγκοῦσθαι ἐπὶ γένει οὐδενὶ θέμις ἐςί. Splendore generis superbire, nemini fas est.

Appen-

Appendix Prima.

1. Αμυνόμαι, pro *defendo*, etiam cum dativo. Thucyd. ἀμυνόνται σφίσιν αὐτοῖς. Seipsos defendunt. At pro *depello*, & *ulciscor*, cum accusativo. Plutarch. ἠμυνάτο τοὺς πολεμίους. Hostes propulsavit. Isoc. ἡμεῖς δ' οὐδ' ὑπὲρ ὧν κακῶς ἐπάθομεν, ἀμυνέσθαι τολμῶμεν αὐτούς. Ulcisci autem eos non audemus ob injurias, quibus nos affecerunt.

2. Dicimus μάχεσθαι, διαμάχεσθαι, & ἀγωνίζεσθαι μετά τινος, & πρός τινα, cum aliquo certare. Isoc. πρός τοὺς γίγαντας οἱ θεοὶ μετ' ἀλλήλων (alibi πρὸς ἀλλήλους) ἐμαχήσαντο. Cum Gigantibus Dii alternatim pugnarunt. Sic μάχεσθαι, ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ, vel περὶ, vel πρὸς δικαίου. Pro justitia pugnare.

Appendix Altera.

1. Accusativum, adjecta præpositione πρὸς, non raro adsciscit ἀντιπάττομαι, obsisto. Xenoph. πόλις ἀντιπαττομένη πρὸς πόλιν ἑτέραν. Civitas alteri se opponens civitati. Quo sensu dixit Plutarch. ἐναντιοῦσθαι σοὶ εἰς, & πρὸς τοῦτο. Hac in re tibi adversari.

2. Accipimus λοιδορέω etiam active, & accusativo jungimus. Isoc. τοὺς ἄλλους λοιδορῆσαι, οὐ σημεῖον ἀρετῆς ἐστί. Aliis conviciari, non est virtutis indicium. Hinc passive dixit Æschines: καί μοι λοιδορίαι, ἃς ἐλοιδορήθην ὑπὸ Δημοσθένους, ἥδισται δοκοῦσιν. Et mihi convicia, quæ Demosthenes in me jecit, jucundissima videntur.

3. Elegans est usus verbi χράομαι, quod uni adjunctum dativo, varie sumitur. Demosth. τῇ τύχῃ χρῆσθαι. Fortuna uti. Plutarch. χρῆσθαι ταῖς συμφοραῖς. In calamitates incidere. Id. χρῆσθαι τῇ γνώμῃ. Sententiæ acquiescere. Plato. χρῆσθαι ταῖς συνθή-

συνθήκαις. Fœdus ipſo uſu confirmare. Iſoc. χρῆσθαι τοῖς πράγμασι. Verſari in negotiis. Herod. χρῆσθαι τῇ ἀρχῇ. Gerere magiſtratum. Aphthon. χρῆσθαι πολεμίοις. Hoſtes habere. Id. χρῆσθαι τῷ χρηστηρίῳ. Conſulere oraculum. Xenoph. χρῆσθαι σοὶ πιστῶς. Fidem tibi ſervare. Cum genitivo autem, quod rarius eſt, valet, *indigeo*. Hom. κομιδῆς κεχρημένοι. Commeatus egentes.

TERTIUS ORDO DEPONENTIUM.

Accuſativus poſt Verbum.

QUædam verba Deponentia accuſandi caſum ſibi adſciſcunt. Demoſth. θεᾶσθαι τινὰ τί ποιεῖ. Explorare, quid aliquis agat. Xenoph. οἵ τε ἀρχόμενοι Κῦρον ὡς πατέρα ἐσέβοντο. Et ſubditi Cyrum tamquam patrem colebant, obſervabantque. Chryſoſt. ὁ διάβολος οὐδὲν ἐλυμήνατο αὐτόν. Diabolus nihil ei nocuit.

1. Huc igitur ſpectant verba *nocendi*, λυμαίνομαι. Verba *precandi*, ἀράομαι, precor. Verba *venerandi*, αἰδέομαι, αἰσχύνομαι, pro *veneror*, σέβομαι. Verba *agendi*, διαπράττομαι, ἐργάζομαι, ἀπεργάζομαι, ἐξεργάζομαι, κατεργάζομαι. Verba *cavendi*, *vitandi*, φυλάττομαι, εὐλαβέομαι. Verba *conſiderandi*, λογίζομαι, διαλογίζομαι, σκέπτομαι, ἐνθυμέομαι, perpendo, ἀκριβολογέομαι, accurate examino. Verba *eligendi*, αἱρέομαι, προαιρέομαι. Verba *corrigendi*, ἐπανορθόομαι, διορθόομαι. Verba *poſſidendi*, κτάομαι, προσκτάομαι, ἐπικτάομαι, poſſideo, acquiro. Verba *expectandi*, ἐκδέχομαι, προσδέχομαι, ἀπεκδέχομαι. Chryſoſt. ἐν τῇ εὐδίᾳ ὢν τοῦ βίου ἐκδέχου ποτὲ καὶ χειμῶνα πραγμάτων. Cum tranquillam degis vitam, mox tuis rebus tempeſtatem exſpectes.

2. Item αἰνίττομαι, occulte taxo, πολιτεύομαι, adminiſtro, ἄγαμαι, admiror, ποιέομαι, & εἰσποιέομαι τὸν παῖδα, filium adopto, ἰάομαι, medeor, ἀποδέ-

ποδέχομαι, probo, ψηφίζομαι, decerno, ἀπολύομαι, diluo, διαιρέομαι, divido, καταςρέφομαι, subverto, θεάομαι, ὄπτομαι, video, ψεύδομαι, pro *fallo*, *decipio*, ὑποκρίνομαι, simulo, δέχομαι, excipio, παῤῥησιάζομαι, loquor, φοβέομαι, metuo, οἰκτίζομαι, misereor, ἐπιλανθάνομαι, obliviscor, δειδίττομαι, terrefacio, ὀδύρομαι, lugeo.

Appendix Prima.

1. Ex verbis *precandi* εὔχομαι, fere dandi casui adhæret: ἀράομαι, æque tum dandi, tum accusandi casum poscit. Demosth. Θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. Deos omnes, ac Deas precor. Soph. ἥ σε πολλάκις Θεοῖς ἀρᾶται ζῶντα πρὸς δόμους μολεῖν. Quæ sæpe Deos precatur, ut sospes domum redeas. Herod. ἀγαθὰ ἀρᾶσθαι. Optima precari.

At εὔχομαι, pro *opto*, *peto*, & *voveo*, frequentissime dativo personæ, & accusativo rei jungitur. Xenoph. εὔχοντο αὐτῷ πολλὰ καὶ ἀγαθά. Optabant ei multa, & quidem bona. Id. πολλὰ τοῖς Θεοῖς εὐχομένην ἀγαθά. Multa a Diis petentem bona. Demosth. εὐξάμενος ἱερεῖον τῷ Θεῷ. Vovens Deo sacrificium. Interdum pro *glorior*, maxime apud Poetas, & cum accusandi casu. Hom. γένος εὔχομαι. Origine glorior. *Subintellige rectius* κατά.

2. Verba *nocendi* non minus frequenter accusativum recipiunt. Xenoph. τὰ ςαθμὰ τοιαῦτα λυμαίνεται ταῖς ὁπλαῖς τῶν ἵππων. Stationes hujusmodi in stabulis, equorum ungulis nocent.

3. Αγαμαι interdum cum genitivo. Plato. ἐγὼ ἀγασθεὶς αὐτοῦ εἰπόντος ταῦτα. Miratus ego ipsum dicentem isthæc.

4. Dicimus σκέπτεσθαι, & λογίζεσθαι περί τινος, & ἐνθυμεῖσθαί τινος, aliquid considerare. Herod. συνελθεῖν καὶ περὶ τῶν πρακτέων σκέψασθαι. Convenire, & res agendas considerare. Isoc. περὶ τῶν ἰδίων λογίζεσθαι

γίζεσθαι πρὸς ἑαυτόν. Res proprias secum perpendere. Id. ὧν ἐνθυμέμενόν σε χρή. Quæ te considerare oportet.

5. Non raro ψηφίζομαι, decerno, petit accusativum rei, & dativum personæ. Xenoph. ψηφιζομένης τῆς συγκλήτου βυλῆς τῷ Αφρικάνῳ θρίαμβον. Cum Senatus triumphum Africano decerneret.

6. Αἱρέομαι, & προαιρέομαι, pro *creo*, & *antepono*, etiam accusativum amant. Xenoph. αἱρῶνται αὐτὸν ἄρχοντα τῆς εἰς Μήδυς στρατείας. Creant ipsum ducem expeditionis contra Medos. Isoc. αἱρεῖσθαι, vel προαιρεῖσθαι μᾶλλον τὴν παροῦσαν εἰρήνην, ἢ τὴν ἀρχήν. Anteponere præsentem pacem imperio. Interdum pro *antepono*, junguntur accusandi, & gignendi casui, adjecta ἀντί. Isoc. ἀντὶ πάντων τὸ καλὸν αἱρεῖσθαι, vel προαιρεῖσθαι. Honestatem rebus ceteris anteferre.

7. Ψεύδομαι, pro *fallo*, *decipio*, huc pertinet; pro *mentior* autem, modo accusativo, adjecta πρὸς, copulatur, modo dativo. Aristoph. μὰ τὸν Δί᾽ ὐ ψεύσῃ με. Per Jovem non falles me. Demosth. πολλὰ καὶ μεγάλα πρός τινα ψεύδεσθαι. Multa, & magna in aliquem mendacia dicere. Act. 5. 4. ὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. Non es mentitus hominibus, sed Deo.

8. Επιλανθάνομαι, obliviscor, gignendi casum minime respuit. Isoc. ταύτης ὁ δῆμος ὐκ ἐπελάθετο διὰ τὴν μεταβολήν. Istius *politiæ* populus non oblitus est propter immutationem.

Appendix Altera.

1. Cum αἰσχύνομαι *pudere* significat, personam nominativo, rem autem dativo effert. Isoc. αἰσχύνομαι τοῖς αἰσχρῶς πεπραγμένοις. Me illorum pudet, quæ turpiter facta sunt. Addit dativo ἐπὶ, vel ἐν: tuncque rectius casus communis est. Æschin. αἰσχύνομαι ἐφ᾽ οἷς ἡμάρτηκα. Me illorum pudet, quæ peccavi.

Thucyd. ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχύνομαι. Me factorum pudet.

2. Multa hujus Ordinis passive usurpantur: ut πολιτεύομαι, διαπράττομαι, φυλάττομαι, αἱρέομαι, ἐπανορθόομαι, καταστρέφομαι, ψεύδομαι, ὅπτομαι, & cetera his affinia, quæ usu disces. Xenoph. οὔτ' ἂν πόλις εὖ πολιτεύοιτο. Neque civitas bene administraretur. Isoc. βούλομαι δὲ, εἴ τι καλὸν διαπέπρακται, παραλιπεῖν. Volo autem, si quid præclare, magnificeque gestum est, silentio præterire. Herodian. τὰ προάστεια, καὶ εἴ τι τῶν πυλῶν ἔξωθεν ἦν, ὑπὸ τοῦ Μαξιμίνου στρατοῦ κατέστραπτο. Suburbana omnia, & quicquid extra urbem ædificiorum erat, destructum fuerat a Maximini exercitu. Act. 16. 9. καὶ ὅραμα διὰ τῆς νυκτὸς ὤφθη τῷ Παύλῳ. Et visio per noctem Paulo ostensa est.

QUARTUS ORDO DEPONENTIUM.

Genitivus præter Accusativum.

Quædam verba Deponentia, præter accusandi, gignendi casum petunt: eaque fere eamdem significationem obtinent, ac verba secundi Ordinis Activorum, sed voce media sæpius efferuntur. Plutarch. γράφεσθαί τινα προδοσίας. Aliquem proditionis accusare. Xenoph. οἱ ἐμοῦ καταψηφισάμενοι τὸν θάνατον. Qui me capite damnarunt. Xenoph. μείζονος δῶρα αὐτοὶ τιμῶνται οἱ λαμβάνοντες. Ea dona qui accipiunt, pluris faciunt.

Ejusmodi sunt verba *accusandi*, *absolvendi*, *damnandi*, *emendi*, *vendendi*, *locandi*, *æstimandi*: ut γράφομαι, αἰτιάομαι, ἐπαιτιάομαι, accuso, μέμφομαι, καταμέμφομαι, pro *accuso*, ἀποψηφίζομαι, absolvo, καταψηφίζομαι, καταδικάζομαι, damno, ὠνέομαι, πρίαμαι, emo, ἀποδίδομαι, pro *vendo*, μισθόομαι, [illegible], τιμάομαι, ποιέομαι, ἡγέομαι, æstimo.

2. Quod si tantum persona in oratione exprimitur,

tur, cum *accusandi* verbis interdum utimur etiam accusativo. Demosth. αἰτιᾶσθαι τὴν τύχην. Accusare fortunam. Æsop. Fab. 4. τράγος ἐμέμφετο τὴν ἀλώπεκα. Hircus Vulpem redarguebat.

Cum verbis autem *absolvendi*, & *damnandi*, etiam genitivo. Plato. οὐ δεήσομαι ὑμῶν ἀποψηφίζεσθαί μου. Minime vos rogabo, ut me absolvatis. Demosth. καταδικάζεσθαί τινος. Aliquem damnare.

Appendix Prima.

1. Τιμάομαι, & ποιέομαι, frequentius voce media usurpata, pro *æstimor*, & ἡγέομαι, genitivo pretii incerti præpositionem περὶ, eleganter adjiciunt. Isoc. ad Nic. περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τὴν δόξαν καλὴν, ἢ τὸν πλοῦτον. Pluris pulchram gloriam, quam divitias facere. Sic περὶ πλείονος, περὶ πλείστου, περὶ μείζονος, περὶ μεγίστου, περὶ οὐδενὸς, περὶ ὀλίγου, pluris, plurimi, magni, maximi, nihili, parvi, περὶ παντὸς, plurimi. Isoc. περὶ παντὸς ποιοῦ κεχαρισμένως τοῖς ἀγαθοῖς ἄρχειν. Fac maximi ducas, bonis bona cum gratia imperare.

Loco præpositionis περὶ, etiam πρὸ accipiunt. Isoc. πρὸ πολλοῦ ἂν ἐποιησάμην. Magni facerem. Item dixit, παρὰ οὐδὲν, vel παρὰ πολὺ, τινὰ τίθεσθαι, ἡγεῖσθαι, ποιεῖσθαι. Pro nihilo, vel plurimi aliquem ducere.

2. Genitivus criminis cum αἰτιῶμαι in accusativum, addita εἰς, eleganter vertitur. Chrysost. αἰτιῶμαί σε εἰς τὴν ὑπερηφανίαν. Superbiam tuam incuso.

3. Γράφομαι, pro *scribo*, ἀποψηφίζομαι, pro *aboleo*, μισθόομαι, pro *duco*, ad tertium Deponentium ordinem pertinent. Lucian. γράμματα γράψασθαι. Literas exarasse. Demosth. ἀποψηφίζομαι νόμον καὶ ψήφισμα. Legem, ac decretum aboleo. Id. τῶν ξενιτευομένων στρατόπεδα μισθοῦνται, καὶ χρήματα πολλὰ δαπανῶνται. Peregrinos milites conducunt, & magnis sumtibus alunt.

Appendix Altera.

1. Huc facere videntur *commutandi* verba, ἀμείβομαι, διαμείβομαι, ἀλλάττομαι, ἀντικαταλλάττομαι. Plutarch. ἀλλάττεσθαι τῆς ἐλευθερίας τὴν Περσῶν βασιλείαν ἐκ ἄξιον. Non convenit Persarum regnum libertate permutare. Interdum genitivo apponunt ἀντὶ, aut ὑπέρ. Isoc. ἀντικαταλλάττεσθαι ἀντὶ θνητȣ̃ σώματος ἀθάνατον δόξαν καλόν. Pulchrum est mortale corpus immortali gloria commutare. Id. ad Philipp. ἀντικαταλλάττεσθαι τὸ ζῆν ὑπὲρ ἄλλȣ μὲν ἐδενός. Vitam nulla alia re permutare. Additur quoque dativus personæ, vel accusativus, adjecta πρός. Aristot. Politic. ἀλλάττεσθαί τινι τροφὰς ἀντὶ νομίσματος. Permutare cum aliquo victum nummis. Plutarch. in Aristid. διαμείβεσθαί τινι (alibi πρός τινα) τὰ ἱμάτια. Permutare cum aliquo vestes.

Interdum res ipsa, qua aliquid permutatur, accusativo, apposita etiam πρὸς, exprimitur. Plutarch. πάντα πρὸς ἀργύριον ἡμῖν διαμείβεσθαι. Omnia nobiscum pecunia permutare.

2. Nonnulla hujus Ordinis tum active, tum passive efferuntur: ut ἀλλάττω, ἀμείβω, permuto, ὠνέομαι, emor, καταδικάζομαι, damnor, τιμάομαι, æstimor, & similia. Demosth. χαλκοῖν δυοῖν ἐωνημένον. Teruntiis duobus emtum. Isoc. ἐξίσȣ τοῖς ἥρωσι καὶ τοῖς θεοῖς τιμᾶσθαι. Pari loco cum Heroibus, ac Diis haberi. Exod. 13. 13. πρωτότοκον τȣ̃ ὄνȣ ἀλλάξεις προβάτῳ. Primogenitum asini mutabis ove. Hermog. ἀμείβειν ὄνομα ἀντὶ ὀνόματος. Nomen nomine permutare.

3. Huc nonnulli revocant, ἀποδέχομαι, probo, ἄγαμαι, admiror, & similia, quæ præter accusativum, genitivum petunt. Xenoph. αὐτὸν ὁ Κῦρος ἀγασθεὶς τῆς πρᾳότητος. Hunc Cyrus a mansuetudine admiratus. *Sed in his, ac similibus subaudi rectius* ἕνεκα, *aut* χάριν.

QUIN-

QUINTUS ORDO DEPONENTIUM.

Dativus præter Accusativum.

QUædam Deponentia præter accusativum, dativum petunt: ea sunt, quæ apud Latinos ad tertium Activorum, vel ad tertium Neutrorum, vel denique ad quartum Deponentium ordinem revocantur. Isoc. ad Nic. ὑπισχνεῖσθαι τοῖς ἄλλοις εὐδαιμονίαν. Aliis felicitatem polliceri. Polyb. ἐπαγγέλλεσθαί τινι ἀργυρίου τάλαντα τριακόσια. Trecenta argenti talenta alicui promittere.

Similia sunt verba *dandi, pollicendi, committendi, communicandi, imprecandi, deprecandi, respondendi, opponendi*, & his affinia: ut δωρέομαι, largior, ἀποδίδομαι, do, ἐπαγγέλλομαι, ὑπισχνέομαι, polliceor, ἐγγυάομαι, spondeo, παρακατατίθεμαι, committo, κοινόομαι, ἀνακοινόομαι, communico, ἐπαράομαι, καταράομαι, ἐπεύχομαι, κατεύχομαι, imprecor, ἀπεύχομαι, deprecor, ἀποκρίνομαι, ἀπολογέομαι, respondeo.

Appendix Prima.

1. Utimur δωρέομαι, pro *remuneror*, cum accusativo personæ, & dativo rei. Plutarch. δωρησάμενος ἅπαντας κατ' ἄνδρα χιλίαις δραχμαῖς. Remuneratus omnes viritim mille drachmis.

2. Verbum ἐγγυάομαι, cum accusativo personæ, sed rarius, pro *fide jubeo*. Proverb. 6. 1. υἱὲ, ἐὰν ἐγγυήσῃ τὸν φίλον, παραδώσεις σὴν χεῖρα ἐχθρῷ. Fili, si spoponderis pro amico, trades tuam manum inimico.

3. Huc spectat τιμωρέομαι, pro *ulciscor*. Plato. τῷ ἀδελφῷ φόνον τιμωροῦμαι. Fratris cædem ulciscor. Cum dativo tamen personæ, vel genitivo, adjecta ὑπὲρ, in bonam partem fere sumitur. Xenoph. τιμωρήσω σοι; & Plato, ὑπὲρ σοῦ. Injuriam tibi illatam ulci-

ulcifcor. At cum accufativo perfonæ, in malam partem accipitur. Ifoc. τὼς ἐχθρὼς ἐτιμωρήσατο. Hoftes ultus eft.

4. Dicimus quoque κοινῶσθαι, & ἀνακοινῶσθαί τινι, περί τινος, *cum aliquo de aliqua re communicare*. Herod. τοῖς φίλοις περὶ τῶ πρακτέω κοινέμενος. Cum amicis de rebus agendis communicans. Xenoph. ἀνακοινῶνται Σωκράτῃ περὶ τῆς πορείας. Confulunt Socratem de profectione.

Appendix Altera.

1. Συμβελεύομαι, pro *confilium peto*, cum dativo perfonæ. Xenoph. συμβελεύομαι σοὶ τί ποιῶν. Te confulo, quid mihi agendum. Active acceptum, eft *dare confilium*, atque ad tertium Activorum Ordinem fpectat.

2. Loco dandi, accufandi etiam cafu, adjecta πρὸς, junguntur ἀποκρίνομαι, & ἀπολογέομαι, refpondeo. Demofth. pro Cor. ἀνάγκη κἀμοὶ, πρὸς ἕκαστα τῶν κατηγορημένων μικρὰ ἀποκρίνασθαι. Mihi ad minuta quæque neceffe eft, quæ delata funt, refpondere. Lucian. ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. Conviciis autem refpondebo.

3. Καταράομαι, pro *maledico*, cum accufativo. Matth. 5. 44. εὐλογεῖτε τὼς καταρωμένως ὑμᾶς. Bene precemini devoventibus vos.

Κατεύχομαι genitivum etiam petit, loco dativi, addita κατά. Plutarch. κατευχόμενος πολλὰ καὶ δεινὰ κατ' αὐτῶν. Imprecans ipfis multa, & quidem atrocia.

4. Προβάλλομαι, pro *oppono*, fere cum genitivo, cui interdum additur κατά. Chryfoft. de Precation. τῦτο μόνον τὸ ὅπλον τῆς στρατιᾶς προβαλλόμενος. Hæc fola arma (*precationem*) exercitui opponens. Nazianz. προβάλλεσθαι τὰς νηστείας κατὰ τῶν πειρασμῶν. Tentationibus jejunia opponere. Dixit quoque Demofth. pro Cor. ταῦτα πρυβαλόμην πρὸ τῆς Ἀττικῆς. Hæc oppofui pro agro Attico.

5. Multa hujus ordinis, cum active reperiantur, paffive quoque licet ufurpare: ut κοινόω, ἀποδίδωμι, τιμωρέω, ἐγγυάω, δωρέω, & horum fimilia. Ifoc. τὰ δωρηθέντα παρὰ τῆς τύχης. Fortunâ donata.

SEXTUS

SEXTUS ORDO DEPONENTIUM.

Geminus Accuſativus poſt Verbum.

QUædam Deponentia geminum accuſativum poſt ſe exigunt : eaque ſunt, quæ apud Latinos ad quartum Activorum ordinem faciunt; & fere media voce uſurpantur a Græcis. Lucian. σχεδὸν τὰ αὐτά με ἤρετο, Fere eadem me interrogavit. Ariſtot. Polit. περιβάλλεσθαι τὰ τείχη τὴν πόλιν. Urbem mœnibus cingere.

Hujuſmodi ſunt nonnulla ex verbis *celandi*, *interrogandi*, *induendi* : ut, ἀποκρύπτομαι, celo, ἔρομαι, ἐπέρομαι, interrogo, ἐνδύομαι, περιβάλλομαι, induo.

Appendix Prima.

1. Accuſativo perſonæ addit πρὸς verbum ἀποκρύπτομαι. Plutarch. in Numa. ἀπεκρύπτοντο τὴν διάνοιαν πρὸς πολλούς. Sententiam multos celabant.

2 Ενδύομαι, & ἐνδύω active, pro impedior, accuſativo Reciproci jungitur. Xenoph. Inſtit. 2. ἐνδύεσθαι, alibi ἐνδύειν, ἑαυτόν. Se induere. Sic Cæſ. 7. bell. Gall. *Se ipſi acutiſſimis vallis induebant.* + induo me

Appendix Altera.

1. Dicimus etiam, cum Ariſtot. Polit. 7. περιβάλλεσθαι τὸ τεῖχος περὶ τὴν πόλιν, & τὸ τεῖχος τῇ πόλει. Urbem mœnibus cingere. Et cum Hom. Odyſſ. ξίφος περιβάλλετ' ὤμοις. Gladio brachia munivit. + Corrig. hu[merum]

Acceptum autem περιβάλλομαι, pro comparo, ſeu *obtineo*, *ſumo*, ad alium ſpectat Ordinem. Demoſth. περιβάλλεσθαι τὴν δόξαν. Comparare gloriam. Lucian. τὸ σχῆμα περιβάλλεσθαι. Perſonam ſumere.

2. Verba iſthæc, cum active reperiantur, paſſive quoque ſumi poſſunt. Lucian. περιβεβλημένος νεφέλην. Cinctus nube.

 SEPTI-

SEPTIMUS ORDO DEPONENTIUM.

Genitivus cum præpositione præter Accusativum.

QUædam verba Deponentia genitivum, cum præpositione παρά, ἐκ, seu ἐξ, ἀπό, aut simili, præter accusativum suscipiunt. Plutarch. in Solon. ἐδανείσαντο ἀργύριον ὑπὸ τῶν πλουσίων ἀνθρώπων. Pecuniam mutuati sunt a divitibus hominibus. ad Titum 2. 14. ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας. Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate.

Hæc fere sunt verba *liberandi*, seu *redimendi*, *eripiendi*, seu *auferendi*, *sciscitandi*, *sciendi*, *intelligendi*, *audiendi*, *petendi*, *accipiendi*, *mutuandi*: ut ῥύομαι, λυτρόομαι, λύομαι, libero, redimo, ἀφαιρέομαι, ἐξαιρέομαι, eripio, πυνθάνομαι, pro *sciscitor*, ἐπίσταμαι, scio, αἰσθάνομαι, προαισθάνομαι, ἀκροάομαι, pro *audio*, seu *cognosco*, *intelligo*, αἰτέομαι, παραιτέομαι, peto, κομίζομαι, δέχομαι, ἀποδέχομαι, προσδέχομαι, ὑποδέχομαι, pro *accipio*, δανείζομαι, ἐπιδανείζομαι, χράομαι, καταχράομαι, mutuor: & pleraque eorum, quæ apud Latinos ad quintum, & sextum Activorum, vel Deponentium ordinem spectant, sed voce media fere Græci efferunt.

Appendix Prima.

1. Etiam hujus Ordinis verba præpositionem sæpe rejiciunt. Xenoph. τῶν ἑπομένων ἐπυνθάνετο. Sciscitabatur ex iis, qui sequebantur. Plutarch. τὸν ἀδελφὸν τῶν κινδύνων ἐρρύσατο. Fratrem periculis liberavit.

2. Ἀφαιρέομαι, auferor, αἰτέομαι, & παραιτέομαι, pro *peto*, *scitor*, cum duobus etiam accusativis efferunt Græci. Xenoph. ἀφαιροῦμαί σε τὰ χρήματα. Aufero a te negotia. Plat. in Apolog. ὅπερ κατ' ἀρχὰς ὑμᾶς παρῃτησάμην. Quod initio a vobis petii. At ἀφαιρέομαι, pro

pro *vindico*, gaudet accusativo, adjecta εἰς. Demosth. ἀφαιρεῖσθαι, alibi. ἐξαιρεῖσθαι, εἰς ἐλευθερίαν. In libertatem vindicare, seu asserere.

Appendix Altera.

1. Ἀκροάομαι, modo cum solo genitivo effertur. Demosth. ἀκροάσασθαι τῶν λεγομένων. Audire eos, qui disserunt. Modo cum accusativo, idque Attice. Lucian. ἀκροάσασθαι ἅπαντα. Omnia audire. Sumitur, pro *obtempero*, & gignendi quoque casui adhæret. Thucyd. ἀκροάομαι τῶν ἀρχόντων. Magistratibus obtempero.

2. Hujus ordinis quam plurima (ut etiam nonnulla primi ac secundi ordinis Deponentium) activa terminatione accipiuntur apud Græcos. Aristot. 2. Oecon. δανείζειν τῇ πόλει ἔλαιον ἐπὶ τόκῳ. Oleum civitati fenori dare. Demosth. χρῆσαι τινὶ ἀργύριον. Alicui mutuam dare pecuniam.

Hinc passive etiam efferuntur. Demosth. ἀργύριον δεδανεισμένον. Pecunia mutuo data. Plutarch. αἰτηθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεμιστοκλέους ἵππον. Rogatus a Themistocle, ut equum daret. Isoc. in Trapez. εὑρήσετε τὸν πατέρα μου συνειλημμένον, καὶ τὴν οὐσίαν ἅπασαν ἀφῃρημένον. Invenietis patrem meum captum, omnibusque spoliatum substantiis. Xenoph. ἐάν τις τὸν ἥλιον ἀναιδῶς ἐγχειρῇ θεᾶσθαι, τὴν ὄψιν ἀφαιρεῖται. Si quis impudenter in Solem inspicere tentet, huic oculi perstringuntur.

CAP. VIII.

De Constructione Verbi Impersonalis.

1. VErbum Impersonale dicitur, quod prima, ac secunda persona utriusque numeri, & tertia multitudinis fere privatur: ut, βροντᾷ, tonat.

2. Ex his vero alia sunt activæ vocis: ut δεῖ, oportet: alia passivæ, sed pauciora: ut, εἴρηται, dictum est: νενόμισται, in more positum est: πέπρακται, actum

actum est: ἀπείρηταί σοι μὴ ποιεῖν. Interdictum est tibi, ne facias: εἵμαρταί σοι νικᾶν. In fatis est, ut vincas.

PRIMUS ORDO IMPERSONALIUM.

Hæc absolute efferuntur.

Quædam verba Impersonalia, ut apud Latinos, ita apud Græcos, absolute ponuntur. Aristoph. ἐὰν ἀστράψῃ. Si fulserit.

Similia sunt, ὕει, pluit, ἀστράπτει, fulgurat, συννέφει, cælum obductum est nubibus, βροντᾷ, tonat, & his affinia.

Appendix Prima.

1. Additur interdum nominativus rei, quæ pluviam, tonitru, aut quid simile ciet. Hom. Ζεὺς βρόντησε. Juppiter tonuit. Id. βροντῶσι νεφέλαι. Tonant nebulæ.

2. Res, quæ pluendo decidit, cum verbo ὕω, seu ὕει, modo dandi casu effertur. Athen. οἶδα δὲ καὶ πολλαχοῦ ὕσαντα τὸν Θεὸν ἰχθύσι. Multis autem in locis a Deo pluisse pisces audivi. Modo accusandi. Athen. ἐν Χερρονήσῳ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὕσαι τὸν Θεὸν ἰχθύας. In Chersoneso tres solidos dies a Deo pluisse pisces. Hinc passive dixit Gregor. ἄρτος ὑόμενος ἐν ἐρήμῳ. Panis, qui in eremo pluit.

Appendix Altera.

1. Non raro verbum ὕω active sumitur, pro *irrigo*, & accusativum poscit. Apoll. ὕε δὲ πόντον ὄμβρος. Imber Pontum inundat. Hinc passivum ὕομαι, pro *irrigari*. Herod. ὕσθη ἡ πόλις σταγόσιν αἵματος. Guttis sanguineis urbs irrigata est. Plutarch. in Rom. ὕσθησαν Θῆβαι. Thebæ aquis obrutæ sunt.

SECUN-

SECUNDUS ORDO IMPERSONALIUM.

Genitivus præter Dativum.

QUædam Imperſonalia exigunt ante ſe genitivum rei, vel ejus loco aliquam orationis partem, præſertim verbum Infinitum; poſt ſe dativum perſonæ. Demoſth. τοῖς φειδομένοις ὐδενὸς προσδεῖ πόρυ. Temperantibus nullo opus eſt commeatu. Idem. ὁ ἐκάνυς σωθῆναι μάλιςα διέφερεν. Cujus magni intererat, ut ii ſervarentur. Iſoc. μετέμελε δ᾽ αὐτοῖς τῶν εἰρημένων. Pœnituit autem eos omnium, quæ dicta erant. Demoſth. προσήκει μοι τὰ σκεύη αὐτῷ ἀποδῦναι. Me decet ipſi vaſa reſtituere. Ariſtot. τῶν τέκνων τῷ πατρὶ μέλει. Liberi patri ſunt curæ.

Talia cenſentur, δεῖ, προσδεῖ, χρὴ, oportet, opus eſt, διαφέρει, intereſt, refert, προσήκει, decet, ſpectat, μέλει, curæ eſt, μεταμέλει, pœnitet.

Appendix Prima.

1. Pro genitivo rei, utimur aliquando cum his verbis nominandi caſu. Demoſth. δεῖ μοι τῦτο. Hoc mihi opus eſt. Plato. τί σοι τῦτο διαφέρει; Quid hoc tua intereſt? Demoſth. προσήκει μοι τῦτο. Ad me hoc ſpectat. Ariſtoph. οἴομαι δέ σοι ταῦτα μεταμελήσειν. Arbitror fore, ut te horum pœniteat. Pindar. οἰκεῖον πιέζει, ἀλλότριον ὐδενὶ μέλει. Proprium cuique curæ eſt, alienum nemini.

2. Ex his autem verbum δεῖ, accuſativo etiam perſonæ interdum jungitur. Eurip. πολλῦ πόνυ μὲ δεῖ. Multo labore mihi opus eſt. At quando certis copulatur adverbiis, accipitur, pro *diſtat*, *abeſt*; modo Participiali adnectitur. Plato. πολλῦ δεῖ γιγαντομαχίας μυθολογητέον αὐτοῖς, καὶ ποικιλτέον. Longe abſunt a Gigantum bellis fabuloſe exprimendis, varieque exornan-

ornandis. Modo jungitur Infinito. Plutarch. μικρῦ ἐδέησεν αὐτὸν ἀνελεῖν τὴν πόλιν. Parum abfuit, quo minus ipse urbem everteret. Modo denique cum Indicativo. Demosth. μικρῦ δεῖν ἀπέθανον, vel ἀπέθανες, vel ἀπέθανε. Parum abfuit, quin mortuus essem, esses, esset.

3. Verbis δεῖ, προσδεῖ, & διαφέρει, adduntur aliquando præpositiones πρὸς, & εἰς, cum accusativo, quem regunt. Aristot. τῷ μὲν ἐλευθέρῳ δεήσει χρημάτων πρὸς τὸ πράττειν τὰ ἐλευθέρια· καὶ τῷ δικαίῳ εἰς τὰς ἀνταποδόσεις. Homini liberali opus erit pecunia ad ea, quæ liberalia sunt, gerenda; & justo homini ad retributiones. Plato. διαφέρει πολὺ (alibi μικρὸν) πρὸς ἅπαντα, ἃ λέγεις. Magni, vel parvi refert ad cetera omnia, quod dicis.

Appendix Altera.

1. Dicimus etiam, μοὶ μέλει περὶ, & ὑπὲρ τούτου. Hoc mihi curæ est. Isoc. περὶ τούτων αὐτοῖς μᾶλλον μέλει. Hæc ipsis magis curæ sunt. Demosth. ὑπὲρ τοῦ κοινῇ βελτίστου δεῖ μέλειν τοῖς ἄρχουσι. De eo, quod publice optimum est, Magistratibus curæ esse debet.

2. Utimur δέομαι, προσδέομαι, ἐνδέομαι personaliter, & ad primum Deponentium ordinem spectant. Andocyd. ὧν οὐδὲν δέομαι μεμνῆσθαι. Quorum non opus habeo mentionem facere.

TERTIUS ORDO IMPERSONALIUM.

Dativus post Verbum.

QUædam Impersonalia, quæ sunt eadem fere Græcis, ac Latinis, petunt ante se nominativum rei, vel loco nominativi aliquam orationis partem, maxime Infinitum; post se dativum personæ. Isoc. τοῦτο μὲν πολλοῖς τῶν ἡμετέρων πολιτῶν συμβέβηκε. Hoc multis e nostris Civibus accidit. Demosth. φανερὸν ποιήσομαι τὸ μέλλον συνοίσειν τῇ πόλει.

λει. Planum faciam, quid utile futurum sit urbi. Isoc. ἀπόχρη μοι τοῦτο λαβεῖν. Sufficit mihi hoc accepisse.

Pleraque ex his verbis *eventum*, aut *commodum* fere significant: ut συμβαίνει, ἀποβαίνει, ἐκβαίνει, contingit, λυσιτελεῖ, ἀπόχρη, συμφέρει, seu συμφέρεται, expedit, ἁρμόττει, seu ἁρμόζει, congruit, καθήκει, convenit, πρέπει, ἐπιπρέπει, ἐμπρέπει, decet, ὑπάρχει, πρόσεστι, ἔνεστι, ἐγγίνεται, inest, ἔξεστι, licet, γίγνεται, παραπίπτει, accidit, contingit, evenit, συμβάλλεται, conducit, προχωρεῖ, succedit, ἀρκεῖ, διαρκεῖ, ἐξαρκεῖ, ἐπαρκεῖ, περιγίνεται, suppetit, ἐπέρχεται, εἰσέρχεται, subit, δοκεῖ, videtur, ἀπαρέσκει, displicet. Aristot. οὐδεμία τῶν ἀρετῶν ἠθικῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται. Nulla virtutum moralium nobis naturâ inest.

Appendix Prima.

1. Ἀπαρέσκει, displicet, cum accusativo etiam personæ. Plato. ἓν μέν τοί με τῶν ῥηθέντων ἀπαρέσκει. Unum quidem eorum, quæ dicta sunt, mihi displicet.

2. Ἐπέρχεται adjicit εἰς accusativo; εἰσέρχεται vero πρὸς. Plato. εἰς τὸν ἔσχατον ἐπέλθοι νοῦν. Intimo subeat animo. Plutarch. δεινὸν εἰσῆλθε μῖσος πρὸς αὐτόν. Grave in ipsum odium incessit. Interdum præpositiones abjiciunt. Plato. ἐπέρχεται ποιηταῖς. Poetis in animum subit. Id. εἰσῆλθε δέ με φοβηθῆναι Me vero timor incessit.

Appendix Altera.

1. Multum elegantiæ habent hujus ordinis Participia, sive Præsentis, sive Præteriti temporis. Demosth. τὰ νῦν συμβεβηκότα. Quæ nunc acciderunt. Demosth. πάντα τὰ δέοντα ποιεῖν. Omnia, quæ decent, peragere. Id. τὰ καθήκοντα ἀποτελεῖν. Officio suo perfungi.

QUAR-

QUARTUS ORDO IMPERSONALIUM.

Accusativus cum præpositionibus πρὸς, seu εἰς.

QUædam Impersonalia ante se nominativum rei, vel aliquam orationis partem, maxime Infinitum; post se vero accusativum personæ postulant adjectis, εἰς, aut πρός. Aristot. Eth. καὶ ὅσα πρὸς ὑγίειαν ἐστί. Et quæcumque ad valetudinem pertinent. Plutarch. τοῦτο οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς ἐστί. Nihil hoc ad nos attinet. Demosth. τοῦτο πρός ἐμε ἀποβλέπει. Ad me hoc attinet.

Hujusmodi fere sunt, quæ apud Latinos ad quintum Impersonalium ordinem referuntur: ut ἀποβλέπει, ἀνήκει, τείνει, ἐστὶ, attinet, pertinet, spectat.

Appendix Prima.

1. Quod latine dicimus, *mea, tua refert*, vel *meum, tuum est*; id Græci efferunt, ἐμὸν, σὸν, ὑμέτερον ἐργόν ἐστι. Mei, tui vestri officii est. Quod si in oratione persona exprimitur, utimur genitivo. Isoc. τῶν μὲν ἀρχόντων ἔργόν ἐστι. Magistratuum officium est. Desideratur aliquando vox ἔργον. Lycurg. in Leocrat. ὑμέτερόν ἐστι τιμωρήσασθαι Λεωκράτη. Vestrum est, Leocratem punire.

Vid. pag. 181. in fin.

Appendix Altera.

1. Verborum ἀποβλέπει, ἀνήκει, & τείνει Participia, elegantissima sunt. Galen. τὰ εἰς ὑγίειαν, καὶ ζωὴν ἀποβλέποντα. Quæ ad salutem ac vitam spectant. Aristot. Eth. τὰ τείνοντα, alibi ἀνήκοντα, πρὸς ἀρετὴν. Quæ ad virtutem pertinent.

2. Verbum ἐστὶ eleganter hic supprimitur, quando præpositionibus κατὰ, πρὸς, περὶ, apponitur Articulus neutrius generis, vel singularis numeri, vel plura-

lis

lis. Demosth. τὸ κατ' ἐμὲ, vel τὰ πρὸς ἐμέ. Quod ad me spectat. Isoc. τὰ πρὸς, vel κατὰ, vel περὶ τὸν βίον. Quæ ad vitæ rationem faciunt. Xenoph. τὰ κατὰ τὸ προσῆκον. Quæ decent.

C A P. IX.

De Communi omnium Verborum Constructione.

HActenus de peculiari Verborum Constructione actum est; nunc de Communi dicendum.

Præc. I. de Statu in loco.

1. SI interrogatio fiat per adverbium ποῦ; ubi? nempe si Status in loco significetur, dativo, præpositione ἐν apposita, utuntur Græci. Lucian. τῷ παιδὶ τάφον ἐχωσάμην ἐν Ἀμύκλαις. Puero tumulum exstruxi Amyclis. Herodian. διέτριψεν ὀλίγον χρόνον ἐν Ῥώμῃ. Exiguo tempore Romæ mansit. Dem. ἐν οἰκίᾳ καὶ ἐν στρατοπέδῳ συμβεβιώκαμεν. Domi militiæque una viximus.

2. Interdum omittitur præpositio. Thucyd. στήλας δὲ στῆσαι Ὀλυμπιάσι. Columnas erigendas esse Olympiæ. Simile dixeris illud Cæsaris bel. civ. lib. 3. *Cæsar quum audisset Pompejum Cypri visum.*

3. Ad interrogationem ποῦ; ubi? redduntur ἐνταῦθα, ἐνθάδε, ὧδε, ἐνταυθοῖ, hic: ἐκείνῃ, & per apocopen ἐκεῖ, ibi: αὐτόθι, & per syncopen αὐτοῦ, illic, ibi: ἐνταῦθα, οὗ, ibi, ubi: ἀλλαχοῦ, ἄλλῃ, ἄλλοθι, ἑτέρωθι, alibi: ἐνίπου, ποθὶ, ἐνιαχοῦ, alicubi: ποῦ γῆς; ubi terrarum? πανταχῇ, ubicumque: πανταχοῦ, καθ' ἅπαν, ubique: ἑκατέρωθι, utrobique: ἐπὶ ξένης, peregre: εἴπου, sicubi: μήπου, necubi: ἆρα μή που, μὴ ἄν που, nuncubi: οὐδαμῇ, οὐδαμοῦ, nuspiam. Demosth. ἐνθάδε οἰκήσας. Qui hic mansit.

Vitiose scribes ex P. Labbè S. J. de Acc. Græc. pag. 34. ἄλλη, ἐκείνη, οὐδαμῆ, οὐδαμᾶ *sine* ι *subscripto.*

Appen-

Appendix.

1. Nomina localia adverbialiter quam venuste efferuntur: eaque præsertim in θι, aut σι tum desinunt. Varin. ἀγρόθι οἰκεῖν. Rure habitare. Hermog. Ἀθήνησι σοφιστεύω. Athenis doceo. His adde adverbium οἴκοι, domi. Dem. οἴκοι κρύπτειν αὐτόν. Domi se abdere.

Præc. II. de Motu ad locum.

1. SI per adverbium ποῖ; quo? interrogemur; hoc est si Motus ad locum notetur, accusativo, adjecta εἰς, seu Attice ἐς, respondebimus. Thucyd. ἦλθον καὶ αὐτοὶ εἰς Ἀθήνας. Ipsi quoque Athenas venerunt.

2. Præpositio sæpe hic quoque omittitur. Iliad. 23. ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο. Postquam ad naves, & Hellespontum venerint. Sic Virg. Æneid. 3. *Ibitis Italiam; portusque intrare licebit.*

3. Nomina quoque Verbalia apud Græcos, ut apud Latinos, ejusmodi casus communes admittunt. Demost. ἄφιξις εἰς Κύπρον. In Cyprum reditus. ~~profectio~~

4. Ad interrogationem ποῖ; quo? redduntur δεῦρο, δευρί, ἐνταῦθα, ἐνθάδε, huc: ἐκεῖσε, & per apocopen κεῖ, illo: ἀλλαχόσε, ἑτέρωσε, ἄλλοσε, alio: οὐδετέρωσε, neutro: ἑκατέρωσε, utroque: ὅποι ἄν, quocumque: ὁποίποτε, quoquo, quovis: εἴσω, intro: ἔξω, foras. Demosth. τί αὐτὸν κωλύσει δεῦρο βαδίζειν; Quid ipsum impediet, quo minus huc progrediatur?

5. Ad καὶ τί; quorsum? redduntur δευρί, δεῦρο, horsum: πρὸς τόνδε τὸν τόπον, istorsum: ἄλλοσε, ἑτέρωσε, aliorsum: ἐπ' ἀριστερᾷ, sinistrorsum: ἐπὶ δεξιᾷ, dextrorsum: ἄνω, sursum: κάτω, deorsum: εἰς τὸ εἴσω, introrsum: ἐπὶ τὸν πόδα, retrorsum: πανταχόσε, quoquoversus. Demosth. ἄνω καὶ κάτω ποιεῖσθαι πάντα. Sursum deorsum omnia vertere.

Male item scribes ex Labbè ibid. ἐπὶ δεξιᾷ, ἐπ' ἀριστερᾷ sine ι subscripto.

Appen-

Appendix.

1. Nonnumquam addimus accusandi casui, modo ἐπὶ, modo πρός. Demosth. ἦλθον ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Θεοφήμου· κατέβαλον δ' αὐτὸν οὐκ ἔνδον ὄντα. Veni ad ædes Theophemi; ipsum autem intus non deprehendi. Id. ἀφίξομαι πρὸς ὑμᾶς. Ad vos veniam.

2. Pro accusativo, utimur interdum dativo, apposita ἐν. Thucyd. ἀποστελοῦντες ἐν τῇ Σικελίᾳ ὁπλίτας. Missuri in Siciliam gravis armaturæ milites.

3. Interdum in adverbia, quæ in δε, σε, & ζε, desinunt, accusativus mutatur. Plat. Ἀθήναζε πορεύομαι. Athenas proficiscor. Demosth. οἴκαδε λαμβάνω δωρεάς. Dona domum fero. Lucian. ἀφικνοῦμαι οὐρανόσε. In Cælum venio. Demosth. τινὸς οἴκαδε ἄφιξις. Alicujus domum reditio.

Præc. III. de Motu a loco.

1 SI interrogatio fiat per adverbium πόθεν; unde? nempe si motus de loco significetur; genitivo respondendum, præposita ἐξ, seu ἐκ, aut simili. Demosth. ἀπελθεῖν ἐκ τῆς οἰκίας. Domo egredi. Lucian. ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἥκει. Venit ex Ægypto.

2. Adverbia quæ huc pertinent sunt, ἐνθένδε, hinc: ἐκεῖθεν, illinc: ἔνθεν καὶ ἔνθεν, hinc, atque illinc: αὐτόθεν, istinc: ἐντεῦθεν, ὅθεν, inde, unde: ἐντεῦθενδὶ, indidem: ἀλλαχόθεν, aliunde: πόθεν, ἀμόθεν, alicunde: πανταχόθεν, undique: ὅθεν βέλη, unde vis: ἑκατέρωθεν, utrimque: ὁπόθεν ἄν, δήποθεν, & ὁπόθεν, undecumque: πόρρωθεν, eminus: ἐγγύθεν, cominus: ἄνωθεν, superne: κάτωθεν, inferne. Aristot. ἄρχεσθαι ἄνωθεν. Longe repetere. Dem. οὓς ἐνθένδε πάντες ἀπήλαυνον. Quos hinc universi repulerunt. Id. τίς ἀγνοεῖ τὸν ἐκεῖθεν πόλεμον δεῦρο ἥξοντα; Quis ignorat, illinc bellum

huc translatum iri ?

3. His accedunt ἄποθεν, ſicunde : μήποθεν, necunde : ἔνδοθεν, intrinſecus : θύραθεν, extrinſecus : ἔξωθεν, forinſecus : πανουδὶ, funditus : ῥιζόθεν, radicitus. Xenoph. τὰ ἔξωθεν ἔργα. Exercitationes forenſes.

+πανουδὶ vel πανουδίην

Appendix.

1. Genitivus migrat in adverbia ex nominibus formata, ac deſinentia in θεν, & θε (vel σθεν & σθε, poetarum more). Demoſth. οἴκοθεν ἥκει. Domo venit. Id. Ἀθήνηθεν ἥκει. Athenis venit.

Præc. IV. de Motu per locum.

1. SI per adverbium πῇ; qua ? interrogamur; ideſt ſi motus per locum notetur; genitivo cum διὰ utimur. Philo de Moyſe. τῦ ἔθνυς ἀκινδύνως πεζῦοντος διὰ θαλάσσης. Populo tuto per mare iter faciente. Vel accuſativo, adjecta ὑπέρ. Apoll. ὑπὲρ ἅλα ναυτίλλεσθαι. Per mare navigare.

2. Præpoſitione interdum abjecta, accuſandi caſu utimur. Nazianz. πεζεύων τὸ πέλαγος. Pelagus ambulans. Syneſ. διοδεύειν τὴν Ἰταλίαν. Per Italiam iter facere. Id. τοσαύτην γῆν διοδεύσας. Tantum terræ ſpatium peragratus. Id. διέρχεσθαι χώραν. Per regionem ire. Plat. διαπορεύεσθαι τὴν πόλιν. Ire per urbem.

3. Huc ſpectant : διὰ τῦδε τῦ τόπυ, iſtac : ἐκεῖθεν, illac : πῇ, aliqua : ὅπῃ ἄν, ᾗ ἄν, quacumque : μήπῃ, nequa : ἐάνπῃ, ſiqua.

Præc. V. de Tempore Continuato.

1. SI interrogatio fiat per πόσον χρόνον; quamdiu? tempus efferri poteſt, vel accuſativo. Demoſth. οἱ χρηστοὶ πρέσβεις ἔτοι καθῆντο ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλυς μῆνας. Optimi iſti Legati tres ſolidos menſes in Mace-

Macedonia confederunt. Vel genitivo. Lucian. πέντε ὅλων ἐτῶν λαλεῖν οὐδέν. Quinque ipsos annos nil prorsus loqui. Vel dativo. Herodian. Σεβῆρος ἐβασίλευσεν ὀκτοκαίδεκα ἔτεσι. Severus duodeviginti regnavit annos.

Appendix.

Accusativo interdum præpositio ἐπὶ additur. Diodor. ἐπὶ τινὰς ἡμέρας ἡσυχίαν εἶχον. Aliquot dies quieverunt.

Præc. VI. de Tempore Discreto.

PEr adverbium πότε; quando? interrogati, respondebimus, tum gignendi casu. Sophocl. νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργάζεται. Et dies, & noctes laborat. Tum dandi. Thucyd. τῇ αὐτῇ δὲ ἡμέρᾳ αὐτοῖς συνέβη. Eadem autem die ipsis accidit.

Appendix.

1. Dativo præpositionem ἐν Græci addunt. Demosth. ἐν τρισὶν ἡμέραις καὶ τοσαύταις νυξὶ διακόσια καὶ χίλια στάδια διελθεῖν. Tribus diebus, totidemque noctibus mille & ducenta stadia percurrere.

2. Videtur aliquando subintelligenda præpositio κατὰ, cum tempus accusativo efferunt. Demosth. κατέπλευσαν δεῦρο τρίτον ἔτος. Huc tribus abhinc annis navigarunt.

3. Accusativo temporis præter κατὰ, etiam ὑπὸ adnectunt. Isoc. κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, ὅτε Λακεδαιμόνιοι ἐβασίλευον. Per eos dies, quum Lacedæmonii imperabant. Demosth. ὑπ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. Eo tempore.

4. Idiotismi sunt, καθ' ἡμᾶς. Isoc. Nostrâ memoriâ. ἐφ' ἡμῶν καὶ προγόνων ἡμετέρων. Xenoph. No-

ſtrâ, ac parentum memoriâ. ἐπὶ Κρόνου. Lucian. Saturni tempore.

Præc. VII. de Spatio loci.

1. CUivis verbo apponi poteſt accuſativus, qui diſtantiam loci denotet. Thucyd. ἀπέχει δὲ ἡ Πλαταία τῶν Θηβῶν σαδίους ἑβδομήκοντα. Abeſt Platæa Thebis ſtadia ſeptuaginta. Xenoph. ἀπέχω πολλῶν ἡμερῶν καὶ μηνῶν ὁδόν. Multorum dierum, ac menſium viam longe abſum. Interdum deſideratur accuſativus ὁδόν. Ariſtot. ἀπεῖχον καὶ πλειόνων ἡμερῶν. Aberant quoque multorum dierum iter.

2. Loco accuſandi apponitur nonnumquam dandi caſus. Thucyd. διέχει ὁδῷ ἡμερῶν εἴκοσι. Abeſt viâ viginti dierum.

Appendix.

Si præpoſitio περὶ apponitur, *circiter* adſignificat. Polyb. de longit. Hiſpan. ἀπέχει τοῦ καθ' Ἡρακλέους στήλας στόματος αὐτὸς ὁ τόπος περὶ ὀκτακισχιλίους σαδίους. Diſtat ab oſtio ſecundum Herculis columnas locus iſte, ad octies circiter millena ſtadia.

Præc. VIII. de Inſtrumento, Cauſſa, ac Modo.

QUævis verba admittunt dativum, aut Inſtrumenti. Chryſoſt. ἱμᾶσι κατατείνειν οἰκέτην. Loris famulum torquere. Aut Cauſſæ. Demoſth. μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων. Ebrium eſſe magnitudine rerum geſtarum. Thucyd. ἐπαίρεσθαι τῇ εὐτυχίᾳ. Ob ſecundam fortunam efferri. Aut Modi. Thucyd. προνοίᾳ πλεῖστα κατορθοῦνται. Plurima bene geruntur providentiâ.

Appen-

Appendix.

1. Dativo caussæ frequenter adjicimus ἐπί. Hom. Batromach. Ξεῖνε, λίαν γαστρὶ ἐπὶ γαυριάᾳ. Hospes, ob ventrem valde gloriaris. Isoc. in Evag. ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ σώματος σεμνυνόμενος. Ob pulchritudinem corporis se efferens.

Interdum caussam genitivo efferimus, vel sine præpositione. Phal. τότε δὴ τῆς τέχνης αὐτὸν ἐπαινέσαντες, τῶν τρόπων ἐτιμωρούμεθα. Tunc igitur ab arte illum laudantes, a moribus mulctabamus. Vel additis præpositionibus ἐκ, seu ἐξ, ὑπὲρ, περὶ, ὑπὸ, διά. Hesiod. λίθοι ἐκ πυρὸς διαφανεῖς. Lapides ex igne translucentes. Isoc. ὑπὲρ τῶν γεγενημένων ὀργίζεσθαι. Super rebus gestis irasci. Id. περὶ τῆς ἐκείνων ἁρπαγῆς ἀγανακτοῦμεν. Illorum rapinâ indignamur. Herodian. ὡς ὑπ' αἰσχραῖς τε καὶ ἀμφιβόλοις ἡδοναῖς ἐκείνῳ σκώπτειν. Ut eum etiam ob turpes, atque ob leves voluptates illuderet. Lucian. διαρρήγνυσθαι διὰ τοῦ φθόνου. Invidiâ rumpi.

Aliquando etiam accusativo caussam exprimimus, adjectis διά, εἰς, seu ἐς. Plato in Phædon. διὰ ταῦτα οὐχ ὁμοίως ἀγανακτῶ. Propter hæc non similiter indignor. Thucyd. ψέγεσθαι εἰς τὴν πρός σε ὁμιλίαν. Vituperari ob initam tecum amicitiam.

2. Instrumentum genitivum cum præpositione διά non raro admittit. Æschin. διὰ μέλανος τοὺς νόμους ἔγραψε. Atramento leges scripsit.

3. Sæpissime Modus sibi addit præpositionem σύν. Chrysost. ὁ πλούσιος ἀποθνήσκων μὴ δύναται ἀφαιρεῖσθαι τὸν πλοῦτον σὺν ἑαυτῷ. Dives cum moritur, non potest secum auferre divitias.

Præc. IX. de Materia.

1. MAteria, ex qua aliquid fit, genitivo exprimitur

mitur. Herodian. λίθυ λευκῦ ἐποίησε τὸν νεών. Lapide candido templum conſtruxit. Ariſtot. Oecon. 2. ἐκ ἀπορῶν καὶ ἀργυρίυ, νόμισμα ἔκοψε τῶ καττιτέρυ. Cum ſatis non haberet argenti, e ſtanno nummos cudit.

2. Genitivo præpoſitio ἐκ, ſeu ἐξ, non infrequenter additur. Theophr. τὰς τριήρεις ἐκ κέδρυ ποιῦσι. Triremes de cedro faciunt. Herodot. οἴνῳ ἐκ κριθῶν πεποιημένῳ διαχρέονται. Vino ex hordeo confecto utuntur.

Præc. X. de Exceſſu.

1. CUivis verbo addi poteſt dativus rei, quo exceſſus ſignificatur. Iſoc. δίκαιοι τῶν ἀδίκων ἐλπίσιν ὑπερέχυσι. Juſti bona ſpe injuſtos ſuperant. Id. κάλλει καὶ δόξῃ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρει. Forma, & gloria alios præcurrit.

2. Dativo interdum præponitur ἐν, vel ἐπί. Xenoph. ἐν τῇδε τῇ ὁπλίσει ὐδὲν ἡμᾶς ὑμῶν προέξομεν. Armaturâ hâc nos nil vos ſuperabimus. Iſoc. διαφέρειν τῶν ἡλικιωτῶν ἐπὶ σοφίᾳ. Æqualibus ſapientia antecellere.

Appendix.

1. Dativi loco non minus venuſte accuſativo utimur, adjectis κατὰ, περὶ, εἰς, πρός. Iſoc. τοῖς μὲν κατὰ σύνεσιν, ἢ κατ' ἄλλό τι προέχυσι φθονῦμεν. Qui ſapientia, aut alia ſimili facultate excellunt, his invidemus. Id. τῶν ἄλλων περὶ τὰς λόγυς καὶ τὴν ἱστορίαν τῆς παιδείας προέχειν. Locutione, atque hiſtorica eruditione ceteris præſtare. Plato. εἰς ἀρετὴν διαφέρειν. Virtute præcurrere. Iſoc. πρὸς ἀνδρείαν καὶ τὰς κινδύνυς διαφέρω. Præſtans ſum fortitudine ad ſubeunda pericula.

2. Accuſativo non infrequenter præpoſitio demitur. Iſoc. τύτων ὐδὲν ἔπραξαν, εἰ μὴ πολὺ τὴν φύσιν διήνεγκαν. Horum

Horum nil fecissent, nisi naturæ indole longe excelluissent.

Præc. XI. de Pretio.

QUælibet verba genitivum significantem pretium admittunt. Lucian. πόσυ τῦτον ἀποκηρύττεις; δέκα μνῶν. Quanti istum vendis? Decem minis. Vide quæ diximus in secundo Activorum, atque in quarto Deponentium ordine.

C A P. X.

De Constructione Verbi Infiniti.

Præc. I. qui casus Infinitum præcedat, ac sequatur.

1. VErba Infinita ante se accusativum postulant, cum ad diversas personas oratio pertinet; post se eosdem casus, quos finita. Isoc. ad Nic. νόμιζε τὺς δαπανωμένυς ἀπὸ τῶν σῶν ἀναλίσκειν· καὶ τὺς ἐργαζομένυς τὰ σὰ πλείω ποιεῖν. Reputa eos, qui sumtus faciunt, de tuo consumere; & qui adlaborant, quæ tua sunt, amplificare.

2. Contra vero, si in eadem persona subsistit oratio, frequentius nominandi casu utuntur Græci. Lucian. φησὶν, ὅτος ἀμείνων γεγενῆσθαι στρατηγός. Dicit iste, se meliorem fuisse ducem. Sic Catul. Epig. 4. *Ait fuisse navium celerrimus.* Rarius vero accusandi. Hom. ὐδὲ γὰρ ἐμὲ φημι λελασμένον ἔμμεναι ἀλκῆς. Neque enim me dico oblitum fortitudinis.

Interdum accusativus ipse, seu nominativus hic desideratur. Æschin. ὐκ ἀρνέομαι πράττειν. Me facere, non inficior. Demosth. ὅταν φῇ δημοτικὸς εἶναι. Cum se esse popularem dixerit.

Appendix.

Infinitiva εἶναι, & γενέσθαι, accedente verbo ἐστὶ, ἔξεστι, ὑπάρχει, προσήκει, aut simili, dandi, vel accusandi casum postulant. Demosth. σοὶ δὲ συκοφάντῃ εἶναι ὑπάρχει. Tibi licet esse sycophantæ. Id. προσήκει ὑμᾶς ποιεῖν. Licet vobis facere. Andocyd. προσήκει ἀγαθοῖς ἀνδράσιν εἶναι. Quibus viros bonos esse licet. Id. προσήκει ἀνθρώπυς γενέσθαι ἀγαθύς. Licet homines bonos fieri.

Præc. II. Quæ Verba Infinito adhæreant.

1. INfinito adhærent verba, quibus *voluntatis prosecutio*, aut *animi decretum* significatur: ut, βύλομαι, θέλω, ἐθέλω, volo, αἱρέομαι, προαιρέομαι, malo, deligo, ψηφίζομαι, decerno, ὑποτίθεμαι, propono, ἐν τῷ νῷ ἔχω, in animo habeo, & his affinia. Demosth. ἄρχειν βύλεται, δέον αὐτὸν ἄρχεσθαι. Imperare mavult, cum oporteret ipsum, imperio parere. Id. ὧν ἀκύοντες ὑμεῖς ἐψηφίζεσθε τὰς ναῦς καθέλκειν τὺς Τριηράρχυς. Quibus vos auditis decrevistis, ut Trierarchæ naves deducerent.

2. Verba *jurandi*, *desiderandi*: ut sunt, ὀμνύω, ὄμνυμι, διόμνυμι, ὀμόω, juro, ἐπιθυμέω, ἐφίεμαι, ὀρέγομαι, γλίχομαι, ποθέω, ἐπιποθέω, διώκω, ἀντιποιέομαι, expeto, affecto. Xenoph. καὶ πανταχῦ ἐν τῇ Ἑλλάδι νόμος κεῖται, τὺς πολίτας ὀμνύναι ὁμονοήσειν. Et ubique in Græcia lex lata est, ut Cives jurent, concordiam se velle colere. Id. ἐπιθυμῶ ἀκύσειν καὶ μαθεῖν. Cupio audire, & discere.

3. Verba *hortandi*, *orandi*, *precandi*, *petendi*: ut, παρακαλέω, παραινέω, hortor, δέομαι, ἀξιόω, προσκυνέω, εὔχομαι, precor, ἀπεύχομαι, deprecor, ἱκετεύω, suppliciter precor, αἰτέομαι, παραιτέομαι, peto. Demosth. δέομαι καὶ ἱκετεύω καὶ ἀξιῶ σωθῆναι.

θῶσι. Precor, & supplico, ac rogo, ut servet.

4. Verba *sperandi*, *promittendi*, quæ apud Græcos, modo Infiniti Præsentibus, modo Futuris, modo Aoristis, fere addita particula ἂν, junguntur: ut sunt, ἐλπίζω, προσδοκάω, pro *spero*, ἐγγυάω, ἐπαγγέλλομαι, ὑπισχνέομαι, promitto, polliceor. Æschin. ἐλπίζω προσρεῖσθαι. Spero indicere. Apoll. ὑπέσχετο ἀντιᾶσθαι. Se contra pugnare pollicitus fuit. Æschin. προσδοκῶ ἀποδείξειν. Me probaturum spero. Demosth. ἐλπίζω σφόδρ' ἄν σε ἐργάτlu ἀγαθὸν γενέσθαι. Spero te valde bonum opificem futurum. Id. προσδοκῶ κακὸν ἄν τι γενέσθαι. Aliquid mali futurum spero.

5. Verba *negandi*, *prohibendi*, *cavendi*: ut, ἀρνέομαι, ἐξαρνέομαι, nego, ἀπαγορεύω, κωλύω, veto, ἀπείπω (Poet.) interdico, ἀλεέομαι, & φυλάττομαι, pro *caveo*. Demosth. ὁ νόμος τοὺς διδασκάλους τὰ διδασκαλεῖα ἀνοίγειν ἀπαγορεύει μὴ πρότερον, πρὶν ἂν ὁ ἥλιος ἀνίσχῃ. Lex vetat, Magistros ludos aperire ante Solis ortum. Plato. φυλάττομαι παραβαίνειν. Caveo, ne transgrediar.

6. Verba *incipiendi*, *desinendi* transitive sumta, & *permittendi*: ut, ἄρχομαι, ἐξάρχω, κατάρχω, incipio, ἐπιχειρέω, ἐγχειρέω, aggredior, παύω, facio desistere, ἐάω, sino, ἐπιτρέπω, permitto, συγχωρέω, ἐγχωρέω, concedo. Isoc. ἐπεχείρησα λέγειν περὶ τῆς πόλεως ταύτης. Hac de civitate dicere aggressus sum. Id. παύω σε τοῦτο ποιεῖν. Reprimo te, ne istud facias. Xenoph. ἐπιςάτης γενόμενος οὐκ ἐπέτρεψε τῷ δήμῳ παρὰ τοὺς νόμους ψηφίζεσθαι. Cum Præfectus jussus esset, populo minime permisit, ut contra leges sententiam ferret.

7. Verba *imperandi*, *suadendi*, *festinandi*: ut, ἐπιτάττω, προστάττω, præcipio, πείθω, μεταπείθω, ἀναπείθω, suadeo, σπεύδω, festino. Isoc. ἐπιτάττω σοὶ τὰ βέλτιστα πράττειν. Te optima quæque agere, jubeo. Id. ἂν τέτταρας μόνον πόλεις σωφρονεῖν πείσῃς. Si quatuor tantum Civitatibus suadebis, ut resipiscant.

ſcant. Plutarch. ἔσπευδε προλαβεῖν τὸν καιρόν. Occaſionem præripere maturabat.

8. Verba *conjiciendi*, *aſſueſaciendi*, *cognoſcendi*: ut τεκμαίρομαι, conjicio, ςοχάζομαι, εἰκάζω, συμβάλλω, conjecto, ἐθίζω, conſuefacio, συνεθίζω, συνεθίζομαι, conſueſco, πυνθάνομαι, μανθάνω, συνίημι, γινώσκω, διαγινώσκω, εἴδω, συνείδω, κατείδω, καταινοέω, ἴσημι, ἐπίςαμαι, cognoſco, ſcio. Herodian. τεκμαίρομαι τοὺς πολεμίους φυγεῖν. Conjectura aſſequor, hoſtes fugiſſe. Demoſth. ἐπυθόμην αὐτὸν ἐπιχειρήσειν ὑμᾶς ἐξαπατᾷν. Cognovi eum operam daturum, ut vos fallat.

9. Denique Imperſonalia fere omnia: ut, δεῖ, oportet, δοκεῖ, videtur, νομίζεται, in more poſitum eſt. Xenoph. οὐδὲ παραχωρῆσαι τὸν νεώτερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι, πανταχοῦ νομίζεται. Ut juvenis, ſeniori occurrenti viâ cedat, ubique receptum eſt.

Appendix.

1. Cum verbis potiſſimum *hortandi*, & *orandi*, interdum evenit apud Græcos, ut caſus, qui Infinitum ſubſequitur, accuſativus ſit, & quaſi Infiniti naturam induat; neque cum eo caſu, qui præceſſit, concordet. Pauſan. τοῖς ἐντυγχάνουσι παρεκελεύοντο ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι. Obvios quoſque hortabatur, ut ſtrenuos ſe præſtarent viros. Iſoc. δεόμεθα ὑμῶν μετ' εὐνοίας ἀκροάσασθαι, ἐνθυμηθέντας. Vos obſecramur, ut cum benevolentia audiatis, cogitantes, &c. pro τοὺς ἐντυγχάνοντας, & pro ἐνθυμηθέντων.

2. Verba *deſiderandi* nonnumquam articulum τοῦ Infinitivo præfigunt. Ariſtot. πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. Naturâ inſitus eſt omnibus cognitionis amor.

3. Ex verbis *petendi*, ἀξιόω, cum particula ἵνα, non raro adnectitur Subjunctivo. Demoſth. ἀξιόω

ἵνα

ἵνα βοηθήσῃς αὐτῷ. Ut huic opem feras, peto.

4. Dicimus etiam, ἐπίσαμαι ὅτι, vel ὡς, pro *scio quod*, & Indicativo utimur. Isoc. ἠπίσαντο, ὅτι ῥᾳδίως περὶ τῶν κοινῶν ὁμονοήσουσι. Sciebant, quod facile in publicis rebus concordes futuri essent. Demosth. ὅτι ἥκει, ἐπίσαμαι σαφῶς. Compertum habeo, quod veniat.

5. Verba *negandi*, interdum Participiis adhærent. Isoc. Εὐθύνουν λαβόντα ἐξαρνεῖσθαι εἰκὸς ἦν. Verisimile erat, Euthynum negare, se *pecuniam* accepisse.

6. Δίδωμι, cum accusativo πίστιν, pro *dare fidem*, infinitum poscit, vel præeunte ὑπὲρ τοῦ, vel omissa. Isoc. τοσαύτην πίστιν δεδωκότων ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν. Cum tantam fidem nobis interposuissent, ne aliena appeteremus. Idem. πίστιν δοῦναι τινὶ σιωπήσασθαι τὰ πραχθέντα. Data fide polliceri alicui de reticendis actis.

7. Elegans est usus verbi μέλλω in modo Infinitivo, quod Præsentibus, ac Futuris fere, Aoristis vero rarius adnectitur: ut μέλλω ποιεῖν, vel ποιήσειν. Facturus sum. Laert. ὃ μέλλεις ποιεῖν, μὴ λέγε· ἀποτυχὼν γὰρ καταγελασθήσῃ. Quid facturus sis, noli prædicere; nam nisi successerit, derideberis. Isoc. de Pace. προσήκον ἡμᾶς φιλοσοφεῖν τὰ μέλλοντα συνοίσειν τῇ πόλει. Nos decet ea philosophari, quæ Civitati profutura sunt. Lucian. μέλλω γενέσθαι. Ero.

8. Quod vero latine dicimus, *futurus*, *futura*, *futurum*, id etiam Græci participio verbi μέλλω, cum Futuro inf. ἔσεσθαι, eleganter efferunt. Æschin. in Ctesiph. νύκτωρ φησὶν ἑαυτῷ διαλέγεσθαι, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι προλέγειν. Dicit, *Jovem ac Minervam* noctu secum colloqui, & quæ futura sunt, prædicere. Ibid. πολλὰ καὶ μαντεύεται περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι. Multa etiam de rebus futuris vaticinatur.

Præc.

Præc. III. Quæ Verba Conjunctivo, aut Optativo copulentur.

1. FErme Infinitum respuunt, & Conjunctivum, vel interdum Optativum, cum particulis ὅπως, ὡς, ἵνα, μὴ, aut similibus, desiderant verba *curandi*: ut μέλω, ἐπιμέλομαι, φροντίζω, σπουδάζω. Aristot. μέλω ὅπως εὐδοκιμήσω. Mihi curæ est, ut lauder.

2. Verba *metuendi*: ut φοβέομαι, δείδω, καταδείδω, δειμαίνω. Isoc. δέδοικα, μὴ λίαν τῆς ὑποθέσεως ἀποπλανῶ. Veritus, nę multum a proposito aberrarem.

Appendix.

Ex verbis *curandi* μέλω, ex *metuendi* φοβέομαι interdum, & sæpius ὀκνέω, pro *metuo*, Infinito copulantur: Plato. μέλω κεχαρισμένα τῷ Θεῷ λέγειν καὶ πράττειν. Mihi curæ est, ut Deo grata dicam, ac faciam. Plutarch. φοβέομαι τῇ τυραννίδι ἐναντιοῦσθαι. Tyrannidi obstare vereor. Isoc. περὶ ὧν ὀκνοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι λέγειν· περὶ τούτων παρελήλυθα συμβουλεύων νεώτερος. De quibus verentur dicere Seniores; de iis ego Juvenis sententiam dicturus accessi.

Præc. IV. Quæ Verba Participio jungantur.

1. INfinitum fere rejiciunt, & Participium post se frequentius admittunt, verba *desinendi* intransitive accepta, & verba *recordandi*: ut παύομαι, ἀναπαύομαι, λήγω, διαλείπω, ἀφίστημι, desino, μνάομαι, cum reliquis, recordor. Sophocl. Θεὸν οὐ λήξω προστάτην ἴσχων. Patronum Deum habere minime desinam. Xenoph. μέμνημαι ἀκούσας ποτέ σου. Me hoc aliquando a te memini audisse.

+ expello, vel cedere facio

2. Verba tum quæ generatim, tum quæ proprie sen-

ſenſum adſignificant : ut, αἰσθάνομαι, ſentio, προαισθάνομαι, præſentio, ἀκούω, audio, βλέπω, video, & horum ſimilia. Xenoph. αἰσθάνομαι αὐτὸν δεόμενον πολλῶν. Ipſum multis indigere intelligo. Plato. ἐμοῦ λέγοντος ἀκροάσονται οἱ νέοι. Me diſceptantem adoleſcentes audient.

3. Nonnulla demum verba, quibus *animi ægritudo* ſignificatur : ut μεταμέλει, μετανοεῖ, pœnitet, κατοκνέω, piget, αἰσχύνομαι, pudet, φρίττω, horreſco. Plutarch. σιωπήσας οὐδεὶς μετενόησε· λαλήσαντες δὲ παμπληθεῖς. Tacuiſſe neminem pœnituit; quam plurimos autem, quod loquuti eſſent. Gregor. φρίττω ἐννοῶν τὸν πλοῦτον. Horreſco, cum animo divitias voluto.

Appendix.

1. Ex verbis *deſinendi* ἀφίσημι, ſequente particula πρὶν, verbum Indicativi modi, aut Infiniti poſt ſe requirit. Iſoc. ὅμως δ' οὐκ ἀπέστην, καίπερ τηλικοῦτος ὤν, πρὶν αὐτὸν ἀπετέλεσα. Non tamen deſtiti, quamvis hujus ætatis eſſem, priuſquam eam *orationem* abſolviſſem. Id. ἐλπίς ἐστιν, ἕτερον ἀποστῆναι, πρὶν ἐκεῖνον ἐκπολιορκηθῆναι. Spes eſt fore, ut alter deſiſtat, priuſquam ipſe obſidione capiatur.

2. Verba *pœnitendi*, *pigendi*, & *pudendi*, & verbum φρίττω, interdum cum Infinito. Xenoph. αὐτόν με αἰσχυνόμενον περὶ ἐμαυτοῦ λέγειν. Cum me puderet de metipſo dicere. Demoſth. φρίττω ποιῆσαι τοῦτο. Hoc facere horreo.

C A P. XI.

De Conſtructione Gerundii, Participalis, ac Supini.

Præc. I. De Gerundio univerſe.

LAtinorum Gerundia tum activa, tum paſſiva ſupplent Græci per Infinitum, præfixo articulo τοῦ, vel τὸ, vel τῷ. Ejuſmodi autem Gerundia ſuorum Verborum caſus poſt ſe admittunt.

Præc.

Præc. II. De Gerundio τοῦ.

1. GErundia τοῦ præcedunt tum substantiva nomina, ἡ ὥρα, hora, χρόνος, tempus, ac plurima ejusmodi. Isoc. ad Nic. δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν. Duo constitue loquendi tempora.

2. Tum adverbia, ἕνεκα, caussa, χάριν, gratia. Aristot. Eth. τοῦ παίζειν χάριν. Ludendi gratia.

3. Tum denique nonnulla adjectiva, quæ genitivum regunt: ut ἐθάς, συνήθης, assuetus, ἀήθης, insuetus, μέτοχος, particeps, πλεονεκτής, cupidus, ἄξιος, dignus, & similia. Plutarch. τοῦ κάμνειν ἐθάδες ὄντες. Cum assueti essent fabricandi. Demosth. ἀήθεις τοῦ καταχέειν αὐτοῦ εἰσί. Insueti morem ipsi gerendi. Id. ἀήθεις ὄντες τοῦ προπηλακίζεσθαι. Non assueti sunt ferendis contumeliis.

Appendix.

Sæpe articulus omittitur. Xenoph. ὥρα πορεύεσθαί ἐστι. Tempus est proficiscendi. Herodot. ἄριστος ἀκοντίζειν. Peritissimus jaculandi. Hinc ii apud Latinos hellenismi: *Tempus pacem componi.* Liv.lib.30. *Nec sit mihi cura mederi.* Virgil. Æneid. 2.

Præc. III. De Gerundio τό.

1. GErundiis τό præponuntur præpositiones πρός, εἰς, seu ἐς, & διά, cum *caussam* significat. Polyb. πεφυκὼς πρὸς τὸ διαχλευάζειν. Natura factus ad subsannandum.

2. Item adjectiva: ut ἐπιτήδειος, idoneus, εὔθετος, conveniens, χρήσιμος, utilis, οἷος, pronus, & cetera, quæ accusativum postulant, adjectis εἰς, πρός. Xenoph. ἐπιτήδειόν ἐστι μάθημα πρὸς τὸ κρατεῖν τῶν ἀντιπάλων. Opportunum est documentum ad domandos adversarios.

3. Et

3. Et verba motus. Lucian. πορεύομαι εἰς πόλιν πρὸς διδάξαι. In urbem pergo ad docendum.

Appendix.

1. Interdum omittitur præpositio, & articulus. Lucian. οἷος καταδάρθειν. Pronus ad dormiendum. Matth. 5. 17. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον. Non veni solvere legem. Hinc illa apud Latinos: *Non datur ad musas currere lata via.* Propert. lib. 3. *Fons rivo dare nomen idoneus.* Horat. lib. 1. epist. 16.

2. Pro hoc Gerundio frequentissime accipitur Participium præsentis temporis, si quando adverbium μεταξὺ locum habet. Plutarch. πολλάκις ἐσφάλλετο, καὶ μεταξὺ λέγων ἀπεσιώπα. Sæpe titubabat, & inter dicendum tacebat. Plato. με ἐπέσχε λέγοντα μεταξύ. Me inter dicendum cohibuit.

Præc. IV. de Gerundio τῷ.

PRæpositiones, quæ dativum admittunt, Gerundiis τῷ adhærent, ut sunt, ἐν, ἐπὶ, ὑπὸ, & similes. Aristot. τὸ πλουτεῖν ἐστὶν ἐν τῷ χρῆσθαι. Divitiæ sunt in utendo. Halic. ἐπὶ τῷ σφετέρῳ συμφέροντι τὰ δίκαια πράξουσιν. In consulendo suis rebus, juste se gerent. Xenoph. ἀνδρεῖος ἐν τῷ μάχεσθαι. Fortis in pugnando.

Appendix.

1. Præpositio, & articulus sæpe hic quoque desiderantur. Demosth. δεινὸς τοῖς πράγμασι χρῆσθαι. Acer in rebus gerendis. Hinc Latini Poetæ dixere: *Boni calamos inflare.* Virg. ecl. 5.

2. Loco hujus Gerundii eleganter sumimus Participium præsens. Aristot. ὁ ἡττηθεὶς μαχόμενος. Qui victus est in pugnando. Æschin. ὁ Δημοσθένης κατέπεσε.

ἀπέτριψε τὴν ἡμέραν ἀπολογούμενος. Demosthenes totum diem consumsit defendendo.

Prac. V. de Gerundivis.

APud Græcos Gerundiva nulla sunt: sed per Infinitum non minus venuste exprimuntur. Lucian. εἶχε κῆπον λαβὼν γεωργεῖν. Erat illi hortus, quem acceperat colendum.

Prac. VI. de Participali Verbo in τέον.

1. PArticipale, seu Verbale in τέον apud Græcos, accedente verbo ἐστί, ante se dativum personæ; post se sui verbi casus habet: & si active significet, indeclinabile est. Demosth. οἱ φιλάνθρωποι τῆς ἁπάντων σωτηρίας αὐτοῖς ἐπιμελητέον εἶναι νομίζουσι. Qui humanitate præditi sunt, communis omnium salutis curam sibi suscipiendam esse arbitrantur. Isoc. πρὸς τὴν τῶν προγόνων ἀρετὴν ἁμιλλητέον ἡμῖν ἐστί. Ad Majorum virtutem ut accedamus, nobis enitendum est.

2. Ita Græci Verbale accusativo nectunt, si hic fuerit verbi casus. Isoc. εἰ μὴ τὸ καλῶς σώζεσθαι· θάνατον ἡμῖν αἱρετέον ἐστί. Nisi detur honeste servari; mors nobis eligenda, præferendaque est. Quæ locutio minus frequens est apud Latinos: ut illa Virgil. 11. *Pacem Trojano ab Rege petendum.*

3. At si Verbale passive sumitur, fere inflectitur per τέος, τέα, (Jonice τέη) τέον; cumque suo substantivo adjectivorum more cohæret. Demosth. λυτέος ὁ τοιοῦτος νόμος ἐστί. Solvenda est hujusmodi lex. Quod fit in iis fere verbis, quæ active postulant accusativum.

Appendix.

1. Verbum ἐστί non infrequenter desideratur. Xenoph. τὰς πολεμικὰς τέχνας παρὰ τῶν ἐπισταμένων μαθητέον.

τέον. Bellicæ artes ex iis discendæ sunt, qui eas recte callent. Idem. εἰ ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους εὐεργετέον. Si ab amicis diligi vis, amici beneficiis sunt afficiendi.

2. Attici in his Verbalibus utuntur quoque neutro numeri multitudinis. Lucian. οὐ πιστευτέα οὐδενί. Nemini credendum.

Præc. VII. de Supinis.

1. CUm utroque Supino Græci careant, eorum loco Infinitum usurpant. Itaque pro activo Supino utuntur Infinitis active significantibus, si præcedant verba motus. Joan. 14. 2. πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν. Vado parare vobis locum. Matth. 20. 1. ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ. Exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Eodem fere pacto, ac de Gerundio τὸ dictum est. Sic Virg. Æneid. 1. *Non nos aut ferro Lybicos populare Penates venimus, &c.*

2. Pro posteriore Supino usurpant Infinita passivæ significationis, modo nomina quædam adjectiva præiverint, ut apud Latinos. Plato. ἀδύνατα γενέσθαι. Quæ fieri non possunt. Plato. ἡδὺ καὶ εὐπετὲς κτήσασθαι. Suave comparatu, ac facile. Sic Virg. Ecl. 5. *Erat tum dignus amari.*

Appendix.

Loco prioris Supini tum Participium Præsentis temporis, tum Futuri eleganter sumitur. Isoc. ἧκον ἀμυνοῦντες. Veniebant opitulatum. Apoll. βαῖνον ἐποψόμεναι. Ibant spectatum. Xenoph. ἐγὼ δὲ ἔρχομαι ὑμῖν ἐπικουρήσων. Ego veniam vobis opem laturus.

CAP. XII.

De Constructione Participiorum.

EX Participiis ea, quæ ex verbis activis oriuntur, activam: quæ ex passivis, passivam; quæ vero ex mediis (statis tamen verbis, temporibusque) utramque obtinent significationem.

Præc. I. de Participiorum casibus.

1. PArticipia suorum Verborum post se casus admittunt. Demosth. τίς ἦν βοηθήσας τοῖς Βυζαντίοις; Quis fuit, qui opem tulit Byzantiis? Gregor. de Lazaro. μὴ ἀπώσῃ πένητα ὁ πλουτήσας θεότητα. Ne repellat pauperem, qui Deo dives est. Isoc. ad Nic. διὰ παντὸς τοῦ χρόνου τὴν ἀλήθειαν φαίνου προτιμῶν. Manifestum fit, veritatem te perpetuo colere.

Appendix.

Participia passivæ vocis active nonnumquam accipiuntur. Demosth. οὐδὲν ἀκήκοα πρᾶγμα μιαρώτερον, ἢ ὃ οὗτοι + πεπραγμένοι εἰσὶ περὶ ἡμᾶς. Nullum umquam audivi scelestius facinus, quam quod hi contra nos patrarunt.

+ In sensu medio

Præc. II. Participia facta nomina.

1. PArticipia interdum fiunt Substantiva, assumto articulo neutrius generis Substantivorum autem more construuntur. Lucian. τὸ καθῆκόν σου. Officium tuum. Demosth. τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον. Patriæ commodum.

2. Eadem quoque cum nomina fiunt Adjectiva, genitivum postulant. Hom. εἰδυῖα πόνου. Quæ laborem

borem sciebat. Id. διδασκόμενος πολέμοιο. Sciens belli. Id. μάχης ἐῢ εἰδότες πάσης. Omnem belli rationem probe callentes.

Præc. III. de Genitivo Absoluto.

1. SI Participia, aut nomina ab aliis Verbis non pendent, genitivo efferuntur: qui casus absolute in oratione ponitur, ut ablativus apud Latinos. Isoc. τῶν ἄλλων, τῶν ἐπιχειρησάντων ἐκεῖνον λοιδορεῖν· σὺ καὶ κατέσθειν αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους ᾐτιάσω. +κατεσθίειν Cum illum cœperint alii probris afficere; tu ipsum accusasti, quod & homines devorarit. Demosth. Olynth. 2. τί ποιούντων ὑμῶν, ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν οὗτος; Vobis quid peragentibus, tempus hoc omne maturuit?

2. Verumtamen cum aut Participium, aut nomen ab aliquo Verbo pendet, cum eo consentit. Æsop. Fab. 40. μύρμηξ διψήσας, κατελθὼν εἰς πηγὴν παρασυρεὶς ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἀπεπνίγετο. Formica sitiens, & in fontem delapsa, præpostere a fluxu tracta suffocabatur.

Appendix.

1. Attici valde quidem variant in Participiis absolute efferendis: modo enim pro genitivo dativum absolutum usurpant. Isoc. οἷς γενομένοις, πῶς οὐκ εἰκότως μέγα φρονοίης; Quibus factis, quomodo non merito magnifice de te senseris? Modo accusativum, seu potius nominativum neutrum, præsertim si adsint particulæ illæ, ὥσπερ, aut ὡς. Halic. ὡς δὴ ἀκίνδυνον αὐτοῖς τὸ ἔργον ἐσόμενον. Quasi profecto res ipsis sine discrimine futura esset.

2. Accipiunt quoque Participium vel singulare, vel plurale neutrius generis in nominandi, vel accusandi casu, manentibus ceteris casibus, prout oratio postulat. Plato. δόξαν δὲ ἡμῖν ταῦτα, ἐπορευόμεθα. His propemodum per nos decretis, ibamus.

Plutarch. ἐξὸν φυγεῖν, μὴ ζήτει δίκην. Cum fugere licet, judicium ne quære. Thucyd. lib. 1. τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι· τούτων δ' εἰ περιόψεσθε τὰ δύο εἰς τὸ αὐτὸ ἐλθεῖν, &c. Cum tria sint apud Græcos memoratu digna; ex his si duo in unum coire patiemini, &c. pro τρία μὲν ἐστὶ, vel τριῶν μὲν ὄντων.

3. Interdum loco genitivi absoluti usurpant nominativum Participii (quod rarius accidit) etiam masculini generis numeri multitudinis. Aristot. ἀνοίξαντες τοῦ σώματος πόρους, πάλιν γίνεται τὸ πῦρ. Apertis corporis meatibus, rursus fit ignis.

Præc. IV. de Participiorum usu.

1. GRæci, & præsertim Attici, modos omnes Verborum efferunt per Participia, & verbum Substantivum. Demosth. οὗτος δὲ ἦν ὁ πάντα ταῦτα διοικῶν. Omnia hæc quidem iste administrabat.

2. Frequenter, & quidem venuste, duo verba Substantiva hoc modo conjungunt. τίς σὺ τυγχάνεις ὤν; Lucian. Quis tu es? Vid. dicta in 1. ord. Neutr.

Appendix.

1. Participiorum nonnulla, ut ἀπιὼν, ἔχων, λαβὼν, φέρων, redundant adeo, ut ipsis etiam subtractis, eadem maneat sententiæ vis, ac venustatis solum gratia apponantur. Plato. τόδ' ἀθάνατον οἴχεται ἀπιὸν, ὑπεκχωρῆσαν τῷ θανάτῳ. Hoc vero immortale abit se morti subducens. Idem in Gorg. ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων; Quos tu mihi calceos deblateras? Id. ἔχεις λαβών; Accepisti? Æschin. εἰς τοῦτο φέρων περιέστησε τὰ πράγματα. Eo res adduxit nostras.

2. Huc facit ἀνύσας (A. 1. ab ἀνύω) qui Imperativo junctum sic abundat, ut aliquam promtitudinem

dinem videatur addere : tuncque vel copulatum habet τὶ, vel eodem caret. Aristoph. in Pace. ἄκων δῆτ' ἐκ Λακεδαίμονος μέτει ἀνύσας τι. Ergo age, quanto ocyus adduc Lacedæmone. Lucian. in Reminisc. ἄκων ὦ ἱέρεια, καὶ ἰχάδας μοί τινας δὸς, ἀνύσασα, καὶ ὀλίγον τῶ χρυσίω. Ergo Antistita, cedo aliquot mihi caricas, & pauxillum auri : at propera.

ADMONITIO.

1. *Participiorum apud Græcos elegans, & creber est usus; quum Latini plerisque etiam careant, ut Participiis Præteritis, & Aoristis activæ vocis, & Præsentibus vocis passivæ. Hæc itaque, si latine reddenda sint, vel circuitione utendum erit, vel vox aliqua quærenda ejusdem significationis.*

2. *Circuitione sic utimur :* ὁ τετυφὼς, ὁ τύψας, ὁ τυπτὼν, qui verberavit, *vel* verberaverat, cum, postquam verberaverit, &c. ὁ λεγόμενος, qui dicitur, *vel* dicebatur, cum dicatur, *vel* diceretur, &c.

3. *Vox æquivalens substituitur hoc, vel simili pacto :* ὁ τετυφὼς, percussor, verberator : ὁ τεκὼν, (*A.* 2. *a* τίκτω) parens. &c. *Ceterum Participiis hisce Præteritis, & Aoristis verbum Deponens, si latine suppetat, apte respondet; ut verbum Neutrum, vel Activum aliquando Participiis Præsentibus passivis, siquidem active significent :* ὁ κλέψας, furatus : ὁ λαλήσας, loquutus : ὁ καταφιλῶν, osculatus : ὁ δεχόμενος, capiens : ὁ μαχόμενος, pugnans.

CAP. XIII.

De Constructione nominis Substantivi.

Præc. I. de Genitivo Continuato.

1. SI duo Substantiva rerum diversarum continuan

 tur

tur in oratione ; alterum erit genitivi casus. Isoc. ad Nic. ἡ τῶν φίλων ἀρετή. Amicorum virtus. Ibid. ἡ τῶν πολιτῶν εὔνοια. Civium benevolentia.

2. Idem accidit in Adjectivis substantive positis : sed tunc articulus Præpositivus neutrius generis fere præfigitur. Demosth. τὸ τοῦ Θεοῦ εὐμενὲς ἡμῖν συναγωνίζεται: pro ἡ εὐμένεια τοῦ Θεοῦ. Dei benevolentia nobis patrocinatur. Polyb. τὰ βαρέα τῶν ὅπλων. Gravis armatura. Æschin. πρὸς μὲν τὰ μεγάλα καὶ σπουδαῖα τῶν πραγμάτων. Ad magnas quidem, ac præclaras res. Hinc illa apud Latinos : *Opaca nemorum*, *incerta casuum*, &c.

3. Simili pacto junguntur quoque Participium, ac Substantivum. Isoc. ad Nic. τὰ κεκρυμμένα τῶν πραγμάτων. Abdita rerum. Id. χαῖρε μὲν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τῶν ἀγαθῶν· καὶ λυποῦ μετρίως ἐπὶ τοῖς γενομένοις τῶν κακῶν. Gaude ob ea, quæ contigerint bona ; & moderate dole ob mala, quæ inciderint. Id. ἀφικνούμενοι τῶν ξένων. Hospites accedentes. *Nisi forte hæc, & similia partitive dicantur posita.*

Appendix.

1. Præpositio cum suo casu fungitur genitivi vice. Demosth. ἀτυχία ἡ περὶ τὸν βίον. Vitæ infelicitas : pro ἡ ἀτυχία τοῦ βίου.

2. Substantivum cum suo genitivo sæpe est apud Poetas, rei alicujus Periphrasis. Hom. βίη Πριάμου. Vis Priami, idest *Priamus*. Sic Virgil. *Odora canum vis*, idest *Canes*.

Præc. II. de Genitivo laudis, ac vituperationis.

SUbstantiva cum ad *laudem*, vel ad *vituperationem* referuntur, gignendi casum postulant. Demosth. πολλῶν χρημάτων ἀνήρ. Vir multarum divitiarum. Id. ἄνθρωπος ἀχαλίνου στόματος. Homo effrenati oris.

Præc.

Præc. III. de substantivo Χρεία , *Opus* , *seu Usus.*

1. XPεία substantivum, a χράομαι , utor , quod accedente verbo εἰμὶ , respondet latino indeclinabili *Opus* , seu *Usus est* , poscit gignendi casum. Aristot. ἔφησεν ἑαυτῷ χρείαν εἶναι καὶ τύπων. His quoque sibi opus esse dixit. Sic apud Cicer. lib.10. epist.8. *Magni laboris opus est*.

2. Interdum desideratur ἐστί. Plato. ὧν χρεία τοῖς νῦν κεκτημένοις. Quibus rebus Sapientibus opus est.

Præc. IV. de substantivis Mensuræ.

1. SUbstantiva , quibus *generalis Mensura* significatur , efferunt Græci vel nominandi , vel dandi , vel accusandi casu , subintellecta κατά. Xenoph. τῦ Μαιάνδρυ τὸ εὖρος ἐστὶ δύο πλέθρα , alibi δυοῖν πλέθροιν. Mæandri latitudo est duo jugera , vel duorum jugerum. Herodot. ἐόντες τὸ μέγεθος εἴκοσι πήχεων. Cum essent secundum magnitudinem viginti cubitorum. ἐόντες , & εἴκοσι Jonice pro ὄντες , & εἴκοσι.

2. Ubi vides Græcos hic diffidere admodum a Latinis. Latini adjectivis fere utuntur, quibus *generalem dimensionem* adsignificent : ut *latus*, *longus*, &c. Græci vero substantivis : ut τὸ εὖρος , τὸ πλάτος , latitudo , pro εὐρὺς , πλατὺς , latus , &c. Neque dicunt per adjectiva , βαθὺς , μακρὸς , ὑψηλὸς , παχὺς τρεῖς πόδας ; sed per substantiva , τὸ βάθος , seu τὴν βαθύτητα, τὴν μακρότητα, τὸ ὕψος , seu τὸ ὕψωμα , τὸ πάχος , seu τὴν παχύτητα τρεῖς πόδας. Profundus , longus , altus , crassus tres pedes.

CAP. XIV.

De Constructione nominis Adjectivi.

Prac. I. de Genitivo post Adjectivum.

1. ADjectiva, quæ *communionem*, *scientiam*, *copiam*, *desiderium*, *studium*, *memoriam*, *laudem* adsignificant, & his *contraria* (ex particula α privante fere composita) gignendi casui junguntur. Herodian. κοινωνὸς, μετακοινωνὸς, ἰσόμοιρος, ἔμμορος τῶν ἀποῤῥήτων. Particeps secretorum. Demosth. ἔμπειρος, ἐπιστήμων πολέμου καὶ ἀγώνων. Belli, ac certaminum peritus. Isoc. ἀγράμματοι, ἄπειροι, ἀπαίδευτοι, ἀμαθεῖς, ἀδίδακτοι τῶν πραγμάτων. Rudes literarum. Lucian. χρυσίου πλούσιος. Dives auri. Aristot. ἀδάπανος, ἄπορος, ἐνδεὴς χρημάτων εἰς τὸ δέον. Parcus pecuniarum in re necessaria. Nazianz. διψαλέος αἵματος. Cupidus sanguinis. Aristoph. ἀνόρεκτος ἡδονῆς. Non appetens voluptatis. Lucian. φιλομαθὴς τῶν ἑλληνικῶν μαθημάτων. Studiosus græcarum literarum. Id. ἀμελὴς τῶν μουσῶν. Negligens Musarum. Id. φόρτου μνήμων, μνημονικός. Memor injuriæ.

2. Huc quoque revocantur ea, quibus *pretium*, seu *emtio*, *disjunctio*, seu *alienatio animi*, *accusatio*, aut *absolutio*, adsignificatur. Æschin. ἡ ἀρετὴ αἵματος ὠνία. Virtus venalis sanguine. Lucian. παῦε με ἄλλον (alibi διάφορον) ποιῶν σεαυτοῦ. Me desine alienum abs te facere. Aristot. ἔνοχος δεσμοῦ. Obstrictus vinculis. Euripid. ἁγνὰς χεῖρας αἵματος φέρεις. Manus habes a sanguine puras. Cicer. etiam dixit lib. 1. de Fin. *Alienum ejus dignitatis*.

3. Item adjectiva Verbalia in κὸς, & numeralia ordinis. Basil. ἀγαθῶν παρεκτικός. Bonorum dator. Athen. νόμων ἐμπειρίᾳ οὐδενὸς δεύτερος. Legum cognitione nulli secundus. At si Verbalia a verbis, quæ

quæ dativum regunt, descendant, dandi casui adhærent. Aristot. Eth. 1. τοῖς πάθεσιν ἀκολουθικὸς ὁ νέος. Affectus suos sequitur juvenis.

4. Denique ea fere omnia, quæ apud Latinos genitivum, aut ablativum poscunt; apud Græcos genitivo junguntur: ut ἄξιος, ἀνάξιος, dignus: ἀνάξιος, indignus: κενὸς, vacuus: μεστὸς, plenus: ἔρημος, desertus: γυμνὸς, nudus: καθαρὸς, purus, & alia istiuscemodi. Plato. ἔρημος τῶν φίλων. Amicis orbus. Antiph. καθαρὸς ἐγκλημάτων. Qui nullam injuriam intulit.

Appendix.

1. Adjectiva ex particula α composita, accusativo interdum adhærent adjecta πρὸς. Lucian. ἄπιστος πρὸς τοῦτον. Huic infidelis. His adde, ἔμπειρος, & ἄξιος. Demosth. πολλῷ ἐμπειρότερός ἐστι πρὸς τὰ τῆς πολιτείας. Negotiorum civilium multo peritior est. Plato. ἄξιος πρὸς παιδείαν. Dignus eruditione. Ἄξιος autem cum dativo, idem sonat, quod *carus*. Bud. ἄξιος τῇ πατρίδι. Dilectus patriæ.

2. Nomen ἄλλος, quod proprie de iis dicitur, quæ ejusdem sunt naturæ, varie Græci efferunt. Soph. ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ. Alius a me. Plato. ἄλλος παρ' ἐκεῖνον. Alius ab illo.

3. Dandi quoque casum amant, ἀλλότριος, pro *inimicus*, ἔνοχος, reus, ὑπόδικος, obnoxius. Plato. ἀλλότριοι τῷ Θεῷ. Baccho inimici. Lucian. ἔνοχος νόμοις. Obstrictus legibus. Chrysost. ὑπεύθυνος τῇ τιμωρίᾳ. Pœnæ obnoxius.

4. Διάφορος, pro *præstans*, cum accusativo. Plato. διάφορος τὴν εὐσέβειαν. Præstans pietate. Subaudi κατά. Pro *idoneus*, etiam cum accusativo, adjecta πρός. Plato. διάφορα ἑτέρων πρὸς ἀρετήν. Idonea præ aliis ad virtutem. Junctum vero verbo εἰμὶ, aut ποιῶ dativum regit, sub alia tamen acceptione. Aristot.

ftot. τῦτο γὰρ αὐτῷ τὸ διάφορόν εἶναι ἴσῃ. Hoc enim fua dicebat intereffe. Id. διάφορόν σοι μηδὲν ποιῶ. Nihil tibi noceo.

5. Huc quoque faciunt adjectiva, quæ gignendi cafui adhærent, fublato per ecliplin ἕνεκα, aut χάριν. Lucian. ἄθλιος τῆς τύχης. Mifer ob fortunam. Id. μακάριε τῆς θέας. Felix, qui hæc videris. Sic, *Felix gratiæ*, apud Plin., & *Felix uteri*, apud Sil.

Præc. II. de Dativo poft Adjectivum.

1. NOmina, quibus, *gratia*, feu *favor*, *voluptas*, *commodum*, feu *utilitas*, *fidelitas*, *æqualitas*, *notitia*, *convenientia*, *fimilitudo*; & his *contraria* adfignificantur: & fi quæ alia funt, quæ apud Latinos dativum adfcifcunt; eumdem apud Græcos cafum poftulant: ut φίλος, amicus, feu carus: ἐπιτήδειος, οἰκεῖος, συνήθης, familiaris: ὠφελὴς, πολυωφελὴς, σύμφορος, utilis: ἀσύμφορος, inutilis: εὔορκος, πιστὸς, fidelis: ἀνταγωνιστὴς, pro *inimicus*, ἀντίπαλος, ἐναντίος, ἐχθρὸς, πολέμιος, inimicus, hoftis, contrarius: ἀπεχθὴς, κακόνυς, δυσμενὴς, malevolus: ἀχάριστος, ἄχαρις, ingratus: ἀνιαρὸς, δυσχερὴς, λυπηρὸς, φορτικὸς, χαλεπὸς, moleftus: ἀνάλογος, confentaneus: γνωστὸς, εὔγνωστος, δῆλος, πρόσδηλος, φανερὸς, notus, manifeftus: ἄγνωστος, ἀφανὴς, ignotus: βλαβερὸς, perniciofus: ὅμοιος, fimilis, & iftiufcemodi prope fexcenta. Demofth. οἰκεῖος τῷ Καλλιμάχῳ. Callimacho familiaris. Id. ἀσύμφορος τῷ δήμῳ βλαβερὰ γράφη. Inutilis populo eft perniciofa fubfcriptio.

2. Adde adjectiva Verbalia paffive accepta, quæ potiffimum latinis nominibus in *bilis* definentibus, refpondent: ut ἐράσμιος, ἐρανὸς, ἐρατὸς, προσφιλὴς, amabilis: τίμιος, ἔντιμος, ἐπίτιμος, σεβαστὸς, honorabilis: ἐπιθυμητὸς, περιπόθητος, πολυπόθητος, ποθεινὸς, optabilis, defiderabilis & cetera iftiufmodi. Lucian. ἐπ' ἐκείνυς πέμπε με, οἷς τίμιος ἐγὼ καὶ περι-

περιπόθητος. Ad eos me mitte, quibus honorabilis ego sum, atque optabilis.

Item quæ active sumta casum sui verbi imitantur: ut προσεκτικὸς, qui attendit: ἀκολουθικὸς, qui sequitur; ut Præcepto proxime præcedente monuimus. Aristot. προσεκτικὸς τοῖς μεγάλοις καὶ τοῖς θαυμαστοῖς. Qui magnis, & miris attendit.

Item substantiva Verbalia a verbis deducta, quæ dandi casum regunt. Aristot. de Mundo. νέμεσιν ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως. Nemesim *dictam* a suum cuique distribuendo. Sic Cicer. *Justitia est obtemperatio scriptis legibus*. Διανέμω enim apud Græcos, (ut *obtempero* apud Latinos) dativum postulat.

3. Demum huc refer Adjectiva composita ex præpositione σὺν, aut particula ὁμοῦ, quæ dativo personæ, genitivo autem rei fere copulantur: ὁμότιμος, consors: ὁμόγλωσσος, qui ejusdem est linguæ: ὁμώνυμος, qui ejusdem est nominis: ὁμορόφιος, contubernalis: ὁμόφυλος, tribulis: ὁμόφρων, qui ejusdem est animi: ὁμόφωνος, consonus: σύντροφος, simul educatus: συγκοινωνὸς, particeps. Demosth. ὁμόγλωττός ἐμοι. Ejusdem atque ego linguæ. Plutarch. συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης. Radicis particeps. Id. ὁμότιμος ὢν τῆς στρατηγίας. Qui imperii consors est.

Sunt qui, nomina hæc tum dativo rei, tum rei accusativo conjungi putant: & afferunt illa Nazianz. in Orat. ὁμότιμα τὴν ἀσέβειαν. Impietate æqualia: σύντροφος τῇ παιδείᾳ. Simul in literis educatus. *Rectius fortasse dixerim, accusativo illi subintelligendam κατὰ: & dativum illum casum esse communem.*

Appendix.

1. Nomina verbalia passive sumta gignendi quoque casum, interveniente ὑπὸ, aut simili, Passivorum more admittunt. Isoc. ζηλωτὸς ὑπὸ τῶν ἄλλων. Aliorum prædicatione beatus.

2. Εναν-

2. Ἐναντίος, & πολέμιος interdum, ἀντίστροφος, pro *contrarius* fere, genitivo junguntur. Xenoph. ἐναντίον λέγειν τοῦ συμφέροντος. Dicere contrarium quidpiam utilitati. Lucian. καὶ ποτὸν εἶναι τῆς μνήμης πολέμιον. Et potum esse memoriæ hostem. Isoc. Κόνων οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον ἀντίστροφα τούτων ἔπραξε. Conon non multis post annis contraria his fecit.

His adde, ὅμοιος, similis, & κοινός, communis. Æsop. Fab. 135. ὄρνις ὁμοία τῶν λοιπῶν ὀρνίθων. Gallina gallinarum aliarum similis. Theodor. ὁ μὲν πόνος κοινὸς δούλων. Labor quidem servorum communis. Rem * vero, qua similes alteri sumus, accusandi casu efferimus, adjecta εἰς, vel πρός. Hom. ὅμοιος εἰς φύσιν. Naturâ similis. Thucyd. ὅμοιος εἰμὶ πρὸς αὐτοὺς κινδύνους. Similis ego sum in iisdem periculis adeundis.

* 3. Ἀχάριστος accusativum etiam adsciscit, intercedente πρός. Xenoph. ἀχάριστος πρὸς τοὺς γονεῖς. In parentes ingratus.

Præc. III. de Accusativo post Adjectivum.

PLurima adjectiva *laudem*, vel *vituperationem*, *patriam*, seu *gentem*, *nomen*, *numerum*, *affectum animi*, *partem* seu *animi*, seu *corporis*, significantia, accusativum postulant, intellecta κατά. Lucian. θαυμάσιος τὴν τέχνην. Mirandus arte. Herod. Κροῖσος ἦν Λυδὸς μὲν τὸ γένος. Crœsus erat genere quidem Lydus. Isoc. ad Demon. παρῶ τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπονος· τὴν δὲ ψυχὴν φιλόσοφος. Cura, ut sis corpore quidem philoponus; animo vero philosophus. Xenoph. τὴν ῥῖνα κορύζης μεστός. Nares muco plenus. Lucill. in Epigram. Ἀράχνης τοὺς πόδας ἐμπλεχθεὶς ὕπτιος ἐκρέματο. Aranea pedibus irretita supina pendebat. Nazianz. καθαρὸς τὰς χεῖρας. Purus manibus. Xenoph. δέκα ἢ ἕνδεκα εἰσι τὸν ἀριθμόν. Numero sunt decem, aut undecim. Id. παρόμοιοι Ἕλλησι τὸν ἀριθμόν. Græcis

eis numero pares. Lucian. ἄμετρος τὴν ὀργήν. Iræ intemperans. Unde ii apud Latinos Hellenismi. *Os, humerosque Deo similis.* Virg. Æneid. 1. *Sarmatæ totum bracati corpus; & nisi qua vident, ora etiam vestiti.* Mela lib. 3. cap. 1.

2. Nomina hæc nonnumquam dativum, vel genitivum habent. Lucian. τῷ εἴδει, vel εἴδεος, καλός. Specie pulcher.

Præc. IV. de Accusativo cum præpositione πρὸς, post Adjectivum.

QUædam adjectiva, ut apud Latinos accusativum desiderant cum præpositione *ad*; ita apud Græcos eumdem casum postulant, interveniente πρὸς, & interdum εἰς, ἐπὶ, περὶ: ἕτοιμος, ὁρμητικὸς, πρόθυμος, πρόχειρος, promtus, paratus: ἀπαράσκευος, imparatus: ὀκνηρὸς, tardus: εὔκολος, εὔπορος, ῥᾴδιος, facilis: δύσκολος, δυχερὴς, χαλεπὸς, difficilis: χρήσιμος, ὠφέλιμος, πολυωφελὴς, σύμφορος, λυσιτελὴς, utilis, conducens, cum contrariis, ἀλυσιτελὴς, ἀχρεῖος, ἄχρηστος, ἀνόνητος, ἀνωφελὴς, ἀσύμφορος, inutilis: ἐπιτήδειος, ἱκανὸς, δεινὸς, ἁρμοστὸς, aptus, idoneus: ἀνεπιτήδειος, ἀφυὴς, ineptus: ἔθιμος, συνήθης, consuetus, assuetus: ἀήθης, insuetus, & horum similia pene innumera. Plutarch. τιμὴ μὲν ὁρμητικωτέρους πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων· τιμωρία δὲ ὀκνηροὺς πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἔργων τοὺς νέους ἀπεργάζεται. Honor ad honesta studia alacriores; pœna vero ad turpia scelera tardiores juvenes facit. Xenoph. πρός τι χρήσιμος. Ad aliquid utilis. Demosth. ἐπὶ μὲν καλὸν πρᾶγμα χρήσιμος. Ad honestum quidem munus utilis. Herodian. σώματος ἀνδρείᾳ εἰς μάχην ἐπιτήδειοι. Corporis robore ad pugnam apti. Isoc. δεινὸς περὶ τὴν νομοθεσίαν. Aptus ad leges ferendas.

2. Interdum omittitur præpositio. Dion. πολλὰ ὁ ἀνὴρ χρήσιμος. Vir ad multa utilis. Xenoph.

ἱκανὸς τὴν ἰατρικὴν. Ad artem medicam aptus.

3. Nonnulla ex his composita ex α privante, genitivo adhærent. Hesiod. πενίης ἀσύμφορος. Incommodus paupertati. Aristot. ἄχρηστος τῶν ἄλλων. Ad res alias inutilis.

Πειραιεύς. 4. Horum etiam quamplurima, cum ad *commodum* referuntur, dativo gaudent. Pausan. τοῖς τε γὰρ πλέουσιν ἐπιτηδειότερος ὁ Πειραιεύς. Navigantibus enim Pireus magis opportunus est. Isoc. λόγος οὐκ ἀνωφελὴς τοῖς ἀκούουσιν. Auditoribus non inutilis oratio.

Appendix.

1. Gignendi casui fere jungitur πρακτικὸς, pro *aptus*; & dandi ἱκανὸς, pro *præditus*. Aristot. ἐφ' ᾗ πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσί. Ex quo (*habitu*) ad res justas gerendas apti sunt. Plato. ἱκανὸς φύσει. Naturâ præditus.

2. Ἐπιτήδειος, pro *aptus*, etiam cum dativo, & ἐπί. Xenoph. ἐπὶ προβάτοις ἐπιτήδειος ὤν. Cum ad ovium custodiam esset aptus. At pro *studiosus*, cum genitivo. Xenoph. ὡς ὄντες τῶν Ἀθηναίων ἐπιτήδειοι. Perinde quasi essent Athenienfium studiosi.

3. Item δεινὸς, pro *fortis*, *audax*, *strenuus*, modo genitivo jungitur, apposita διὰ, modo dativo, adjecta ἐν. Sophocl. δεινὸς δι' ὅπλων. Armis strenuus. Plutarch. δεινὸς ἐν τοῖς πολεμικοῖς. Bellicis in rebus audax. At pro *infensus*, cum accusativo fere personæ, intercedente εἰς, seu ἐς. Aristot. δεινὸς εἰς σε. Tibi infensus.

CAP.

CAP. XV.

De Constructione Comparativi, Superlativi, Partitivi, ac Numeralis.

Præc. I. de Genitivo post Comparativum.

1. COmparativo utimur cum gignendi casu, quando vel plura diversi generis comparantur, vel duo ejusdem. Plutarch. γυναῖκες ἀνδρῶν ὀργιλώτεραι. Mulieres viris iracundiores. Philo. εἰρήνη κἂν σφόδρα ἐπιζήμιος, λυσιτελεστέρα τοῦ πολέμου. Damnosa etiam pax, est bello utilior.

2. Genitivus Comparativi, intercedente conjunctione ἢ, seu ἤπερ (poetice ἠέπερ) *quam*; mutari potest in casum verbo congruentem. Isoc. ad Nic. ὥστε πιστοτέρους εἶναι τοὺς σοὺς λόγους, ἢ τοὺς τῶν ἄλλων ὅρκους. Ut fideliores sint tui sermones, quam aliorum juramenta.

3. Interdum post ἢ, additur quam venuste accusativus, adjectis εἰς, seu ἐς, κατὰ, πρὸς. Isoc. ἐλάττω νομίσας τὴν ἀρχὴν, ἢ κατὰ τὴν αὑτοῦ φύσιν εἶναι. Ratus imperium minus esse, quam pro suo ingenio, atque animo.

4. Admittunt Comparativa, πολλῷ, multo, τόσῳ, τοσούτῳ, tanto: ὅσῳ, ὅσωπερ, quanto: ὀλίγῳ, μικρῷ, paullo, & his similia. Isoc. ad Nic. τοσούτῳ τοὺς βασιλέας βελτίους εἶναι τῶν ἰδιωτῶν· ὅσῳπερ καὶ τὰς τιμὰς μείζους αὐτοὶ ἔχουσι. Reges eo *decet* meliores esse privatis hominibus, quo ipsi eis honoratiores sunt. Sic τοσούτῳ μᾶλλον, tanto magis: ὅσῳπερ ἧττον, quanto minus: ὀλίγῳ μακρότερον, paullo prolixius: πολλῷ μᾶλλον, multo magis.

Non minus venuste adverbialiter efferuntur: πολὺ, multum, τοσοῦτον, tantum, ὅσον, quantum, ὀλίγον, μικρὸν, paullum, &c. Chrysost. ὅσῳ πρὸς μείζονα ὄγκον τῆς ἀρχῆς ἀναβέβηκεν ὁ τὴν βασιλείαν λαχών.

λαχών· ποσῦτον πλείονα ἀπαιτηθήσεται λόγον. Quo ad altius imperii fastigium ascendit, qui regnum sortitus est; eo majorem cogetur reddere rationem. Subintelligitur tamen hìc μετὰ, quæ interdum exprimitur. Demosth. μετ' ὀλίγον ὕστερον. Paullo posterius.

5. Junguntur item Comparativa casui, quem Positio, Excessus, ac Partitio requirunt. Demosth. γένος ὐδὲν ἐστι κακονούστερον τῶ πλήθει. Nullum est multitudini malevolentius genus. ὁ μείζων τῶν νέων. Major juvenum. μείζων ἐμῦ ἑνὶ δακτύλῳ. Major me est uno digito.

Appendix.

1. Adjectiva *ponderis*, ut πολλαπλασίων, πολλαπλάσιος, πολυμερὴς, multiplex, μυριοπλάσιος, infinite multiplicatus, &c.; cum Comparativorum vim habent, genitivum regunt. Aristot. Eth. 7. μυριοπλάσια ἂν κακὰ ποιήσειεν ἄνθρωπος κακὸς θηρίυ. Homo malus infinitis modis plura mala patraverit, quam Bellua. Xenoph. μυριοπλάσια ἡμῶν. Infinito plura, quam nos.

2. Addunt Græci ad Comparativum aliam intensionis particulam: ut λίαν, μᾶλλον, πολὺ, πολλῷ, πάνυ. Isæus. πολὺ (alibi πάνυ) ἑτοιμότερον. Multo magis promtius. Ad Philipp. 1. 23. τὼ ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριςῷ εἶναι, πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖσσον. Desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multo magis melius. Sic quoque Virg. in Cul. *Quis queat optato magis esse beatior ævo?*

3. Quædam Positiva, præsertim καλὸν, honestum, pulchrum, ἀγαθὸν, bonum, κακὸν, malum, δίκαιον, justum, Comparativi vices agunt non invenuste. Menand. καλὸν τὸ μὴ ζῆν ἐςὶν, ἢ ζῆν ἀθλίως: pro κάλλιον. Pulchrius est non vivere, quam misere vivere. Plal. 117. 9. ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ'

ἐπ' ἄρχουσι : pro ἄμεινον. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in Principibus : pro *melius*.

4. Comparativa quædam apud Græcos, cum referuntur ad *laudem*, maximam præstantiam in eo genere eleganter significant, ad quam res, cui comparantur, adspirare minime possit : quem loquendi modum vix assequitur latinus sermo. Ejusmodi sunt illa Herodiani : κρείττων τοῦ λόγου. Oratione melior, seu major ; ideſt *præstantior, quam ut oratione celebretur*. Sic κρείττων τῆς ὀργῆς, vel τῆς ἐπιθυμίας. Irâ, vel cupiditate major ; ideſt *moderatior, quam ut irâ, vel cupiditate vincatur*. Item κρείττων ἀπειλῶν καὶ λόγου στεῤῥότερος. Major minis, ac verbis solidior ; ideſt *constantior, quam ut terreatur minis, ac verbis decipiatur*.

Interdum vero, cum *laudem* sonant, probro vertuntur. Aristot. κρείττων τῆς παιδείας. Major institutione ; ideſt *sceleris adeo tenax, ut præceptis ullis abduci minime possit*.

5. Contraria autem acceptione efferuntur, ἥττων, & ἐλάττων, minor. Plutarch. in Pompejo. ἥττων, seu ἐλάττων τοῦ πάθους. Minor calamitate ; ideſt, *qui ob calamitates animo dejicitur*. Ibid. Πομπήϊος, ἀνὴρ τῆς δόξης ἥττων. Pompejus, vir gloriâ minor ; ideſt, *qui gloriâ efferri se facile sinit*.

6. Peculiare Græcis illud quoque est, ut vi præcedentis Comparativi genitivo efferant nomen, quod alio casu vi syntaxeos efferendum esset. Aristot. δικαιότερον εὖ ποιεῖν τοὺς οἰκείους τῶν ὀθνείων ; pro ἢ τοὺς ὀθνείους. Æquius est domesticis beneficia conferre, quam alienis. *Ubi (sicut & in similibus exemplis) reddi latine ejusmodi genitivus vix potest, nisi per particulam* quam, *eumque casum, quem poscet oratio*.

Præc. II. de Genitivo post Superlativum.

1. SI multa ejusdem generis conferuntur, utendum Superlativo, cum genitivo multitudinis.

Isoc. ad Nic. ἀστεῖος εἶναι πειρῶ καὶ σεμνός· τὸ μὲν γὰρ τυραννίδι πρέπει, τὸ δὲ πρὸς τὰς συνουσίας ἁρμόττει. χαλεπώτατον δὲ τοῦτο πάντων ἐστὶ πραγμάτων. Cura, ut civilis sis, & gravis; alterum enim dominationi convenit; alterum vero conversationi. Hoc autem rerum omnium difficillimum est.

2. Junguntur Superlativa tum casui suæ Positionis, tum Partitionis. Demosth. εὐνούστατος ὑμῖν πάντων οὗτός ἐστι. Hic erga vos est omnium benevolentissimus. Isoc. ad Nic. πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων. Plurimi hominum.

3. Admittunt quam eleganter nomina Superlativa particulas, λίαν, μακρῷ, πολύ, ὡς, ὅτι, ὅσον, ὡς δυνατόν, ὡς οἷόν τε, ὅσῳ, τοσούτῳ, & harum similes. Isoc. ad Nic. πρὸς δὲ τούτοις, οἵ τινες τὰς μὲν ἀμφισβητήσεις ὡς ἐλαχίστας· τὰς δὲ διαλύσεις ὡς οἷόν τε ταχίστας τοῖς πολίταις ποιήσουσι. Præterea *leges quære*, quæ ambiguitates quidem quam minimas; solutiones autem, quoad ejus fieri potest, facillimas civibus facient. Demosth. λίαν φιλοπονώτατος. Multo cupidissimus laborum.

Appendix.

1. Genitivus Superlativi mutari quoque potest in dativum, fere adjecta ἐν, aut μετά. Aristoph. Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν τοῖς ποιηταῖς. Æschylum inter Poetas tenere primas censeo. Iliad. 1. μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη Θεός εἰμι. Dea sum omnium contemtissima.

2. Quædam positiva Superlativorum vim habent, & genitivum exigunt. Hom. δῖα θεάων. Diva Dearum. Id. ἔξοχος ἄλλων. Aliorum princeps.

3. Si comparatur idem secum ipso, Græci tum Comparativum, tum Superlativum usurpant; cum Latini Comparativo solum utantur. Basil. ὅτε καὶ φλογωδέστατός ἐστιν ἑαυτοῦ ὁ ἥλιος. Et cum Sol seipso

seipso æstuosior est. Aristot. τότε αὐτὸς αὐτῷ ὁ ἄνθρωπος εὐχροώτερός ἐστι. Tunc homo se ipse est coloratior.

4. Superlativum, Atticorum more, Comparativi vices interdum agit. Aristot. τὰ ἄῤῥενα κυήματα κινητικώτατά ἐστι τῶν θηλέων: pro πολλῷ κινητικώτερα. Masculi in utero longe mobiliores sunt, quam femellæ.

Præc. III. de Genitivo post Partitivum, ac Numerale.

1. TUm Partitiva, tum Adjectiva partitive accepta, tum Numeralia genitivum multitudinis requirunt. Demosth. τῶν πρότερον μηδεὶς, μηδεὶς τῶν ὕστερον. Nemo eorum, qui ante fuerunt, neque qui post futuri sunt. Æsop. Fab. 35. οἱ φρόνιμοι τῶν ἀνθρώπων. Sapientes hominum. Isoc. ad Nic. ἕκαστος ὑμῶν. Vestrum quilibet.

2. Partitiva nomina, ac Superlativa genitivo singulari nominis Collectivi junguntur. Herodian. οὐδεὶς δήμου. Nemo plebis. Id. ἀνδράσι τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀρίστοις. Viris totius Senatus optimis.

3. Partitiva, Comparativa, Superlativa, ac Numeralia, si nullum sit substantivum, cum quo cohæreant, cum genitivo, quod ad genus attinet, consentient. Isoc. ad Nic. πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων. Plurimi hominum. Ibid. νόμιζε τιμῶν ἀληθεστάτας εἶναι μὴ τὰς ἐν τῷ φανερῷ μετὰ δέους γινομένας. Verissimos honores esse arbitrare, non qui publice ob metum præstatur. Lucian. ἕκαστον τῶν ζώων. Singula animalium.

Appendix.

Etsi ἕτερος proprie de duobus dicitur, ἄλλος de pluribus; alter tamen alterius vicem interdum agit. Aristot. Eth. 3. ἕτερα γὰρ ἑτέροις ἐστὶν ἡδέα. Alia enim aliis sunt jucunda. Ibid. ἐστὶ δὲ φίλος, ἄλλος αὐτός. Est autem amicus, alter ego. Et infra, ἕτερον αὐτὸν, Amicum vocat.

CAP. XV.

De Constructione Pronominis.

Præc. I. de Genitivo post Demonstrativa.

PRonomina Demonstrativa substantive accepta gignendi casum postulant. Isoc. εἰς τοῦτό τινες ἀνοίας ἐληλύθασιν. Eo dementiæ quidam devenerunt. Id. εἰς τοσοῦτον ὕβρεως ἦλθον, ὥστε ἔπεισαν ὑμᾶς. Eo impudentiæ processerunt, ut vobis persuaserint. Sic εἰς τοῦτο, seu τοσοῦτον τῆς ἀναιδείας, seu τῆς ἀναισχυντίας, τῆς μωρίας, ἀφροσύνης, τόλμης, πονηρίας, ἀσεβείας ἦλθε. Eo impudentiæ, stultitiæ, stoliditatis, audaciæ, malitiæ, impietatis devenit.

Qui loquendi modus Latinis quam maxime in deliciis fuit. Liv. Bell. Pun. l. 5. *Eo consuetudinis adducti res erat, ut*, &c. Curt. lib. 6. *Huc malorum ventum erat*, &c.

Appendix.

1. Nomen αὐτὸς cum Præpositivo articulo junctum, respondet latino Pronomini, *Idem*: ὁ αὐτὸς, ἡ αὐτὴ, τὸ αὐτὸ, *idem*, *eadem*, *idem*; dativum autem postulat. Isoc. orat. 3. ad Nic. νομίζετε τῆς αὐτῆς εἶναι ζημίας ἀξίους τοὺς συγκρύπτοντας τοῖς ἐξαμαρτάνουσι. Reputate, eadem pœna dignos esse delicta celantes, quâ qui peccant. Id. τὴν αὐτὴν ἐκείνοις γνώμην

μίαν ἔχουσιν. Idem, quod illi, sentiunt. Sic Horat. in Art. *Invitum qui servat, idem facit occidenti.*

2. Pro casu dandi alias quoque particulas usurpant Græci. Chrysost. ταὐτὸ ποιήσεις, ὥσπερ ἂν εἰ τὸν ἰχθὺν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐξήγεις. Idem feceris, ac si piscem ex aqua abduxeris. Quod apud Latinos in more positum est. Cic. pro Syll. *Idem valere debet, ac si Pater dijudicaret.*

3. Pronomen αὐτὸς, cum nomine ἕκαστος, idem valet, quod tantum ἕκαστος. Demosth. ὅσα τὸ πρῶτον αὐτὸς ἕκαστος ἑαυτῷ προσήκειν ἡγήσατο. Quæ sibi quisque primum expedire judicavit. Dicitur quoque αὐτοέκαστος, una voce.

4. Dativus utriusque numeri Pronominis αὐτὸς, absolute accipitur, intellecta σύν. Xenoph. μέγα τι τῶν πολεμίων πλῆθος αὐτοῖς ὅπλοις ἔλαβεν. Magnam hostium partem cum ipsis armis cepit. Id. αὐτῷ τῷ ἵππῳ κατεποντώθη. Cum ipso equo demersus fuit.

Præc. II. de Genitivo post Possessiva.

1. Possessivis ἐμὸς, σὸς, ὅς, *meus, tuus, suus*, additur genitivus *possessoris*, seu *agentis*. Lucian. ὅλως δὴ τὰ ἐμὰ ἤτοι διαρπάζουσι τοῦ κακοδαίμονος. Res ergo meas hominis infelicis prorsus isti diripient. Nazianz. ἐμὸν τὸ γέρας τοῦ τῆς ψυχῆς οἰκονόμου. Meum ipsius est præmium, animam tuam gubernantis. Sic & Latini. Horat. lib. 1. Sat.4. *Cum mea nemo scripta legat, vulgo recitare timentis.*

2. Pro possessivis Græci frequenter usurpant tum primitiva Pronomina. Isoc. ad Nic. μᾶλλον σοῦ τὴν γνώμην, ἢ τὴν τύχην θαυμάζωσι. Magis mentem tuam, quam fortunam laudent. Tum Relativa composita, ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, seu σαυτοῦ, modo in eadem persona subsistat oratio. Id. παράδειγμα καταστῆσαι τὸν τρόπον ἐμαυτοῦ τοῖς ἄλλοις βούλομαι. Meos

mores aliis, ut exemplar ad imitandum, propoſitos volo. Id. ad Nic. φυλακὴν ἡγῦ τῦ σώματ⊗ εἶναι τὴν σαυτῦ φρόνησιν. Corporis cuſtodiam puta, tuam ipſius prudentiam. Sic dixit Plaut. *Labori mei*: pro *labori meo*.

Appendix.

1. Poſſeſſiva interdum ſine articulo cum ſuis ſubſtantivis cohærent. Iſoc. ad Nic. φίλυς κτῶ τὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίυς ὄντας. Amicos acquire, qui tuâ naturâ digni ſunt.

2. At non invenuſte geminatur articulus: ut ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς, pater meus: ἡ μητὴρ ἡ σὴ, mater tua.

Præc. III. Pronomina poſt Subſtantiva.

1. UT apud Latinos genitivi *mei*, *tui*, *ſui*, active, ac paſſive ſumi poſſunt; ita quoque genitivi, ἐμῦ, ſeu μῦ, σῦ, & ὗ apud Græcos accipiuntur. Active quidem cum *poſſeſſionem*, *actionemve* adſignificant; paſſive vero cum *paſſionem*. Pſal. 8. 1. ὡς θαυμαςὸν τὸ ὄνομά συ ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra. Sophocl. πρὸς βίαν ἐμῦ. Ad violentiam mei, ideſt *me invito*, *coacto*. Æſchin. ὐ ἀτιμίᾳ σέθεν. Non tui ignominiâ. Ubi σέθεν Attice, pro σῦ.

Appendix.

1. Interdum ipſa poſſeſſiva paſſive ſumuntur. Sophocl. τῷ μῷ πόθῳ κατέφθιται. Mei deſiderio extabuit. Plato. in Gorg. καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς, εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ. Ne mihi ſuccenſeas; dicam enim pro meâ erga te benevolentiâ. Sic Cic. Philipp. 10. *Pro tua amicitia jure doleo*: ideſt, *pro ea, quæ mihi tecum eſt amicitia*.

Præc.

Præc. IV. de Reciprocis.

IDem est fere usus Reciprocorum, ἕ, ὅς, seu ἑός, σφέτερος, & ἑαυτῦ apud Græcos, qui *sui*, *suus*, & *suipsius* apud Latinos. His enim utimur, quum refertur tertia persona in seipsam, aut in rem a se possessam, sibique propriam. Andocyd. ἔφη γὰρ εἶναι ἀνδράποδον οἱ ἐν Λαυρείῳ. Dicebat enim se habere mancipium in Laureo. Hom. τοῖσιν δ' ἡγεμόνευεν ἑὰ πρὸς δώματα Νέστωρ. His autem præibat Nestor ad suas ædes. Demosth. χώραν ταύτην φησὶν ἑαυτῦ, καὶ ὐχ ὑμετέραν εἶναι. Regionem illam ait suam, neutiquam vero vestram esse. Isoc. σέβονταί σε τοῖς σφετέροις ἐπιχρῆσαι. Te, ut suis opem feras, rogant.

Appendix.

1. Relativum αὐτός ponitur interdum loco Reciproci. Nazianz. ὁρῶν ἐν τὴν τῦ δήμυ κίνησιν ἐπ' αὐτόν: pro ἐφ' ἑαυτόν. Cum igitur populi impetum in se animadverteret, &c. Sic ad Att. l. 11. ep. 23. *Camillus mihi scripsit, te cum eo loquutum*: pro *secum*.

Et contra Reciprocum gerit vices relativi Pronominis αὐτός. Nazianz. ἐπειδὴ οἱ φανῆναι πλῆθος πολύ. Postquam ingens ei apparuerit multitudo. Pausan. καὶ οἱ παῖδα γενέσθαι Φαέθοντα. Eique natum esse filium Phaethontem. Utrobique οἱ, pro αὐτῷ. Sic Lucan. *Quæ nox sibi proxima venit insomnis*: pro *illi*.

2. Quin & aliquando ἑαυτῦ, & reliqui casus ejusdem Pronominis ad primam, ac secundam personam referuntur. Xenoph. Hist. 2. ἔτω παιδεύεις τὺς ἑαυτῆς φίλυς; Sic amicos tuos instituis? Isoc. in Busiride. μηδὲν ἐπιδεικνὺς τῶν ἑαυτῦ. Nihil ostendens rerum mearum. *Ubi nonnulli ex ingenio reponunt* ἐμαυτῦ, *teste Francisco Vigero S. I. de Idiotism. Linguæ Græc. cap. 4. reg. 7.*

3. Interdum ὃς, vel ἑὸς, idem valet, quod *proprius*: quod apud Latinos quoque videre est. Cic. ad Attic. lib. 9. ep. 14. *Ulciscentur illum mores sui.*

4. Ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους, reciproci constructionem sequuntur. Redduntur vero latine, *mutuo*, *inter se*; atque a Verbo, cui adhærent, reguntur. Aristot. τοὺς ἀγαθοὺς χρὴ εὐνοεῖν ἀλλήλοις. Bonos decet inter se esse benevolos. Id. ὡς τὰ πολλὰ ἄνθρωποι διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦσιν ἀλλήλους. Ut plurimum homines mutuo propter utilitatem sese diligunt.

De Syntaxi Distributivorum diximus lib. 1. cap. 20. Præc. 6.

CAP. VI.

De Constructione Præpositionum.

1. DUodeviginti Præpositiones Græci dinumerant, quarum sex monosyllabæ, ἐν, ἐκ, seu ἐξ, εἰς, seu Attice ἐς, πρὸ, πρὸς, σὺν, seu Attice ξὺν. Duodecim vero disyllabæ, nempe ἀμφὶ, ἀνὰ, ἀντὶ, ἀπὸ, διὰ, ἐπὶ, κατὰ, μετὰ, παρὰ, περὶ, ὑπὲρ, & ὑπό.

2. Harum aliæ unum dumtaxat casum; aliæ vero plures admittunt, pro varia acceptione.

3. Verba composita modo præpositionem repetunt, modo non; ut apud Latinos. Exempla passim obvia sunt.

Præc. I. Præpositiones cum Genitivo.

1. GEnitivo tantum gaudent, ἀντὶ, ἀπὸ, ἐκ, seu ἐξ, & πρό. Ex his ἀντὶ idem sonat I. quod *pro*, *vice*, *loco*. Aristoph. ἀντὶ λέοντος μῦν, ἀντὶ κυνὸς σῦν. Pro leone murem: pro cane suem. Id. βασιλεὺς ἀντὶ μυρίων ἐστὶ στρατιωτῶν. Rex est sexcentorum militum instar. II. *mutationem*. Plat. de Rep. ἀντὶ βασιλέως γενόμενος. E Rege in Tyrannum commutatus. III. *per*:

III. *per*: ut ἀνθ' ἡμέρας εἰπεῖν. Per diem dixisse. IV. *quamobrem*, *quare*, *iccirco*. Aristoph. in Plut. ἀνθ' ὧν ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν προσδεξόμενος ἥκω. Iccirco ego ad Deum venio rogaturus. V. *ex*, *præ*. Thucyd. ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται. Ex bonis mali effecti sunt. Halic. ἀντὶ κακῶν ἁπάντων, κἂν ἀγαθὸν ἕνα τιθείμην. Præ omnibus improbis, vel probum unum collocaverim.

2. Ἀπὸ, (quæ fere inanimis jungitur, ut παρὰ, & ὑπὸ animatis) præter vulgarem acceptionem, qua respondet latinis præpositionibus, *a*, *ab*, *e*, *de*, *ex*; valet etiam I. *post*, *statim post*. Xenoph. ὁδ' ἀπὸ σάλπιγγος εἰς μέσους ὥρματο τοὺς πολεμίους. Ille autem statim a tubæ signo medios in hostes irruit. II. *pro*. Plutarch. in Publ. ἀπὸ τῶν οὐσιῶν πολίτας εἰς τὸν πόλεμον εἰσενεγκεῖν χρήματα. Pro facultatibus Cives ad bellum gerendum conferre pecuniam. III. *præter*: ut ἀπὸ δόξης. Præter opinionem. IV. *per*. Chrysost. κατελύθη πόλεμος ἀπὸ τῆς προσευχῆς. Per preces bellum profligatum fuit. V. *sine*. Iliad.1. ἀπὸ θυμοῦ. Sine ira. Sic οὐκ ἀπὸ τρόπου, vel οὐκ ἀπὸ πράγματος. Non ab re. VI. exprimit materiæ *partem*. Hom. πίνειν ἀπὸ ὕδατος. Ex aqua bibere.

3. Ἐκ ante consonantem, ἐξ vero ante vocalem, significat I. *a*, *ab*, *e*, *de*, *ex*. Theoc. ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. Ab Jove ordiamur. Sic ἐκ τῆς καρδίας, ex corde: ἐκ τοῦ νηπίου, ab infantia: ἐκ πηλοῦ ὁ ἀνδριάς, ex luto statua. II. *ob*, *propter*, *juxta*, *pro*. Metaphr. lib.7. ἐκ τούτων ἐπάρατος μὲν ἦν ἐν πάσῃ τῇ βασιλευομένῃ γῇ. Ob hæc toto passim imperio execrabilis habebatur. Sic ἐκ τοῦ διαγράμματος, juxta sententiam: ἐκ τῶν ἐνόντων, ἐκ τῶν οὐσιῶν, pro facultatibus: ἐκ τῶν δυνατῶν, ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, pro viribus.

4. Πρὸ valet I. *ante*, tum cum ad *locum*, tum cum ad *tempus* refertur. Aristoph. πρὸ τῶν θυρῶν. Pro foribus. πρὸ τῆς ὥρας ἀναρπάζεσθαι Ante horam, idest immaturo fato, abripi. II. *præ*. Lucian. Ὅμηρος, καὶ Ἡσίοδος πρὸ τῶν πάντων τὴν ὄρχησιν ἐπαινοῦσιν.
Home-

Homerus, & Hesiodus præ omnibus saltationem laudant. III. πρὸ ἔργυ, & per syncopen πρῦργυ, significat *operæ pretium*, apud Lucian., aliosque.

Appendix.

1. Præpositio ἀπὸ cum duobus genitivis, τῦ βελτίςυ, & τῦ κρατίςυ, interdum idem sonat, ac *bona fide, bono consilio*, *animo optimo*, aut quid simile. Halic. lib. 1. ὑιοσθόμενος ὡς ἀπὸ τῦ βελτίςυ ταῦτα πράττοντα τὸν ἀδελφόν. Cum sensisset, hæc a Fratre animo non optimo fieri. Ibid. ἀπὸ μὲν ὖν τῦ κρατίςυ γένοιντο αἱ διαγνώσεις. Enim vero cum bona fide disquisitiones illæ fierent. Ibid. ὁ δὲ ἀγαθὸς, καὶ ἀπὸ τῦ κρατίςυ πρὸς τὰ κοινὰ προϊών. At vir bonus, bonoque animo ad Rempublicam accedens.

2. Aliquando παντὸς, cum τῦ βελτίςυ conjungitur. Halic. lib. 3. τοῖς δὲ ἀπὸ παντὸς βελτίςυ κρίνυσι τὸ συμβεβηκός. At ii, qui de illo casu bono, ac plane sincero animo judicabant, &c.

3. Latinum *pridie* exprimunt Græci per præpositionem πρὸ, vel sine ἡμέρᾳ: ut πρὸ μιᾶς καλανδῶν μαρτίυ. Pridie kalendas Martii. Vel cum ἡμέρᾳ: ut τῇ πρὸ μιᾶς καλανδῶν ἡμέρᾳ. Ante diem decimum Kalendas.

Præc. II. Præpositiones cum Dativo.

1. DAndi casum adsciscunt ἐν, & σὺν, seu ξὺν. Ἐν autem valet I. *in*, *inter*: ut ὁ ὄνος ἐν ταῖς μελίτταις. Asinus inter apes. Sic ἐν τῷ ἦρι τῆς ὥρας. In ipso ætatis flore. II. *apud*. Demosth. ἐν γὰρ τῷ Θεῷ τὸ πάντων τέλος ἦν. Hujus enim rei exitus apud Deum erat. III. *cum*, *contra*, *coram*. Xenoph. ἐν ταῖς πέλταις καὶ τοῖς ἀκοντίοις. Cum peltis, & spiculis. Sophocl. θρασὺς ἐν ἐμοί. Audax in me. Plutarch. Symp.

Symp. ἐν μάρτυρσι τρισμυρίοις. Coram tricies mille testibus.

2. Σὺν exprimit I. *societatem*: ut σὺν τῷ Ἰωάννῃ. Cum Joanne. II. *opem*: ut σὺν Θεῷ εἰρήσεται. Deo juvante dicetur. III. *simul*: ut σὺν Θεοῖς ἔχει δώδεκα μαθητάς. Cum Diis duodecim habet discipulos. IV. *secundum*: ut σὺν τῷ νόμῳ τὴν ψῆφον τίθεσθαι. Secundum legem suffragium ferre.

Appendix.

1. Interdum ἐν sumitur, pro *ad*, & *apud*. Xenoph. ἐν τῇ Ἑλλάδι ἔλθοι. In Græciam veniret. Id. lib. 7. ἡττημένος μὲν ἐν Λακεδαίμονι, σὺν πολλῷ ὁπλιτικῷ ὑπ᾽ ὀλίγων. Qui sane apud Lacedæmonem cum multo gravis armaturæ peditatu a paucis victus est.

Præc. III. Præpositiones cum Accusativo.

Accusandi casum postulant, ἀνά, & εἰς, seu Attice ἐς. Ex his vero ἀνά significat I. *per*, *in*: ut ἀνὰ τὸν στρατόν. Per exercitum. Sic ἀνὰ τὴν ὁδόν. In itinere. Xenoph. ἀνὰ τὸ στόμα ἔχειν. In ore habere. II. *contra*, *inter*, *super*. Herodot. ἀνὰ τὸν ποταμὸν πλεῖν. Contra fluvium navigare. Id. ἀνὰ μέσον τῶν ἀκανθῶν. Inter spinas. Id. ἀνὰ τὴν χθόνα. Super terram.

2. Εἰς, seu ἐς, dicitur de inanimis (ut πρὸς de animatis) ac exprimit I. *motum*, *statum*, *tempus*: ut εἰς τὸν οἶκον εἰσελθεῖν. Domum ingredi. Chrysost. γράψας εἰς στήλην. Qui scripsit in columna. Isoc. εἰς ἑσπέραν. In vesperam. II. *erga*, & *contra*, *ad*: ut εἰς ἐμέ. Erga me. εἰς τοὺς σοφιστάς. Contra Sophistas. Hom. ἂν ἤνεγκεν εἰς τὸν Ἄρχοντα. Retulit ad Archontem. III. *caussam*. Aristoph. εἰς δικαιοσύνην ἐπαινεῖται. Laudatur ob justitiam. IV. *apud*. Pausan. διαβεβλημένος εἰς τοὺς Μακέδονας. Apud Macedones insimulatus. V. *circiter*, *usque*. Paus. εἰς τριακοσίους. Ad trecentos. Æsop. εἰς τὸν θάνατον, Ad mortem usque.

Appen-

Appendix.

1. Præpoſitio ἀνὰ elegantes quoque uſus habet. Halic. ἐλάσας ἀνὰ τὸ κράτος τὸν ἵππον, παρῶ ἐπὶ τὸν χάρακα. Equo per vim admiſſo in caſtra ſeſe recepit. Xiphilin. in Domitian. συνομόσας ἀνὰ πρώτους μετά τινων. Qui inter primos cum aliis quibuſdam conjuraverat.

2. Apud Poetas vero cum dativo accipitur, pro *cum*, *in*, *ſuper*. Hom. χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Aureo cum ſceptro. Id. ἀνὰ τῷ ὤμῳ. In humero. Id. ἀνὰ τοῖς βωμοῖς. Super aris. Cum genitivo autem ſumitur, pro *ad*. Hom. ὡς εἰπὼν ἀνὰ νηός. Sic fatus ad navem.

Præc. IV. Præpoſitiones cum Genitivo, & Accuſativo.

1. ADhærent tum gignendi, tum accuſandi caſui, διά, κατὰ, μετὰ, & ὑπέρ. At vero διὰ cum genitivo exprimit I. *cauſſam*: ut διά σου. Propter te. II. *per medium*: ut διὰ τῆς ἀγορᾶς. Per medium forum. III. *continuationem*: ut διὰ τῆς νυκτός. Per noctem.. IV. *materiam*. Plutarch. δι᾽ ἀλφίτου πεποιημένος. Ex farina confectus. V. *ſtatum*. Halic. διὰ χειρὸς ἔχειν. In manu habere. VI. *intervallum* loci, & temporis. Xen. διὰ δέκα ἐπάλξεων πύργοι ἦσαν. Decimo quoque propugnaculo turres erant. Gal. διὰ τρίτης. Tertio die: ſubaudi, ἡμέρας.

Cum accuſativo autem exprimit quoque *cauſſam*. διὰ τὰ χρήματα πάντα γίνεται. Pecuniæ omnia obediunt. II. valet, *a*, *ab*: ut διὰ τοὺς θεοὺς ἐσώθην. A Diis ſervatus fui. III. exprimit, *quod attinet*: ut διά γε ἡμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλοιμεν. Quod ad nos ipſos attinet, jamdiu periiſſemus. IV. valet *per*. Hom. διὰ τ᾽ ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα. Per arma, & atrum ſanguinem.

2. Κατὰ

2. Κατὰ autem genitivo juncta, adſignificat I. *contra*. Iſoc. κατὰ σοφιςῶν λέγειν. Contra Sophiſtas dicere. II. *in*: ut κατὰ πετρῶν σπέρεις. In petris ſeris. III. *ſupra*, *infra*: ut κατὰ γῆς κάθημαι. Supra terram ſedeo. κατὰ τῆς γῆς ἔδυ. Sub terram deſcendit. IV. *motum*: ut φέρεται κατὰ κρημνῶν. In præceps fertur.

At cum accuſativo valet I. *a*, *ab*, *e*, *de*, *ex*: ut κατὰ νῶτον, a tergo: κατὰ τὸ πρόςαγμα τῦ Παιδαγωγῦ, ex præſcripto Magiſtri. II. *juxta*, ſeu *prope*, *per*: ut ὁ κατὰ τὰς ἐκεῖ, qui ibi prope eos erat: καθ' αὐτὸ, κατὰ συμβεβηκὸς, per ſe, per accidens. III. exprimit *ſimilitudinem*, *ſtatum*, *tempus*: ut καθ' Ὅμηρον γράφει, Homerum imitatur ſcribens: κατ' ἀγορὰν, in foro: καθ' ἡμᾶς ἐγένετο ἀνὴρ σοφός, noſtra ætate fuit vir ſapiens.

3. Μετὰ cum gignendi caſu accipitur, pro *cum*. Ariſtot. μετὰ τῆς λύπης ἡ μάθησις. Doctrina cum moleſtia conjuncta eſt.

Cum accuſativo tamen, pro *poſt*. Demoſth. μεθ' ἡμέρας δύο. Poſt duos dies.

4. Denique ὑπὲρ cum genitivo, idem ſonat, quod *pro*, *de*, *ſuper*: ut ὑπὲρ Κτησιφῶντος ὁ λόγος. Pro Cteſiphonte oratio. Halic. ὑπὲρ ἧς διαλέξομαι ἐν οἰκείῳ τόπῳ. De qua ſuo loco diſſeram. Plat. τὰ ὑπὲρ γῆς καὶ τὰ ὑπὸ γῆν. Quæ ſupra, atque infra terram ſunt.

Copulata tamen accuſativo ſumitur I. pro *plus*, *ſupra*. Lucian. τὰς Χαλδαίας ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιῶν λόγος. Fama eſt, Chaldæos plus centum annis vivere. Homer. ὑπὲρ μέγα λαῖτμα θαλάσσης. Supra magnum maris hiatum. II. pro *trans*, *ultra*: ut ὑπὲρ τὴν Θρᾴκην ἡ Μακεδονία. Trans Thraciam ſita eſt Macedonia. III. pro *per*, *præter*. Apoll. ὑπὲρ ἅλα ναυτίλλεσθαι. Per mare navigare. Hom. ὑπὲρ τὸν μόρον. Præter fatum.

Appendix.

1. Διὰ cum accuſativo perſonæ non tantum eſt *propter*;

propter; sed etiam *per*, adeo ut significetur, rem alicujus beneficio aut culpa fieri, vel non fieri. Halic. lib. 8. ὅτι τῆς καθόδου δι᾽ ἐκεῖνον τυχὼν, οὐ τὰ πρὸς ἡδονὴν αὐτῷ θεραπεύσομαι. Quod si reditum ejus operâ consequutus sim; ejus tamen cupiditatibus obsecundare nolim. Isoc. ad Phil. ἀτυχήσας ἐν τῇ ναυμαχίᾳ οὐ δι᾽ αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τοὺς ναυμαχοῦντας. In navali prœlio infeliciter pugnans non suâ, sed Collegarum culpâ.

2. Haud raro κατὰ accusativo conjuncta *caussam* quoque exprimit. Halic. lib. 8. ἀφίξονται καὶ κατὰ θέαν ἐπὶ τούτους πολλοὶ τῶν ξένων. Ad eos quoque *ludos* spectandi gratia externi quamplurimi convenient.

3. Poetæ præpositionem μετὰ dativo conjungunt. Tum vero eam accipiunt, pro *cum*, *in*, *inter*. Homer. μετὰ τριτάτοισιν ἄνασσε. Cum tribus regnabat. Lucian. Ορφεὺς μετὰ χερσὶν ἔχων τὴν λύραν. Orpheus in manibus lyram habens. Homer. καὶ τὰ μὲν εὖ δάσσαντο μετὰ σφίσιν υἷες Ἀχαιῶν. Et ea quidem rite Achæi inter se diviserunt.

4. Quum ὑπὲρ genitivo adnectitur, interdum valet, *pro*, *loco*, *vice*. Halic. lib. 8. οὗτοι τὴν ἀρχὴν παραλαβόντες, ὑπὲρ τῶν ἀποθανόντων ἐν τῷ πρὸς Ἀντιάτας πολέμῳ στρατιωτῶν, ἠξίουν ἑτέρους καταγράφειν. Hi cum magistratum inivissent, postulabant, ut eorum militum vice, qui bello in Antiates gesto ceciderant, alii conscriberentur.

Præc. IV. Præpositiones cum Gignendi, Dandi, & Accusandi casu.

1. Tum gignendi, tum dandi, tum accusandi casui adhærent, ἀμφὶ, ἐπὶ, παρὰ, περὶ, πρὸς, & ὑπό. Ex his igitur ἀμφὶ genitivo adnexa valet, tum *circum*, tum *de*. Herodot. τοῖς ἀμφὶ ταύτης τῆς πόλιος οἰκέουσιν. Ii, qui circum hanc Urbem habitant. Lucian. ἀμφὶ δὲ ἀστέρων ἡ γραφή. De astris

astris autem sermo est.

Itidem dativo juncta valet quoque (maxime apud Poetas, & Historicos) *circum*, *de*, & *contra*. Homer. ἀμφ' πόδεσσ' ἀράρισκε πέδιλα. Circum pedes aptabat talaria. Hom. ἀμφ' ἐμοί. De me. Sophocl. ἀμφ' Ὀδυσσεῖ. Contra Ulyssem. Exprimit quoque *caussam*. Hom. ἀμφ' Ὀδυσσῆϊ δαίεται ἦτορ. Ulyssis amore cor uritur.

Cum accusativo significat I. *circa*. Lucian. ἀμφὶ κάμινον ἔχω τὰ πολλά. Circa focum frequenter versor. II. *ad*, seu *circiter*. Halic. lib. 5. τῶν συμμάχων ἀπέθανον ἀμφὶ τοὺς μυρίους καὶ τρισχιλίους. Ex Commilitonibus periere ad tredecim millia.

2. Item ἐπὶ genitivo conjuncta exprimit I. *statum*, *motum*, *tempus*. Xenoph. ἐφ' ἵππου χρυσοχαλίνου. Super equo aureum frenum habente. Lucian. ὀρχούμενος ἐπὶ τῶν θεάτρων. Saltans in theatris. Lucian. ἐπὶ τοῦ σκοποῦ τοξεύειν. Ad scopum jaculum dirigere. Lucian. ἐπὶ Κρόνου. Saturni tempore. II. *versus*, *penes*. Lucian. ἐπ' οἴκου ἀπῆλθον. Domum versus abii. Id. ἐπὶ τοῦ δήμου ἔστω. Penes populum esto. III. *per*, *cum*, *erga*: ut ἐπὶ σχολῆς. Per otium. Halic. ἐπὶ πολλῆς τῆς ἐξουσίας. Magna cum potestate. Chrysost. ἐπὶ τῶν δεομένων πρᾶος. Erga egentes mitis.

Adjuncta vero dativo exprimit quoque *statum*, *caussam*: ἐπὶ τῷ πίνακι, super disco: ἐπὶ τῇ τρόπιδι, super carina. Halic. ἐγένοντο ἐπὶ τῇ πόλει κινήσεις. In urbe turbatum est. Xenoph. ταῦτα ποιεῖν ἐπὶ τῷ κέρδει. Hæc facere propter lucrum. II. *penes*, *inde*, seu *post*, *præter*. ἐπὶ σοί. Penes te. Eurip. τίς πρῶτος, τίς δ' ἐπὶ πρώτῳ; Quis primus, quis deinde? Id. ἐπὶ τούτοις καὶ ἕτερος διηγεῖτο. Post hos alius quoque narrabat. Xenoph. ἐπὶ τῷ σίτῳ οὐδὲν ἄλλο ἔχειν. Præter victum nihil aliud habere. III. *contra*: ut ἐπὶ τῷ δήμῳ. Contra populum.

Item cum accusandi casu, *motum*, *caussam*, adsignificat. Halic. ἐπὶ γλῶσσαν ἐλθεῖν. In buccam venire. Id. ἐφ' ἡμᾶς ὥρμησεν. In nos irruit. Xenoph.

πρὸς

πρὸς σε ἦλθον ἐπ' ἀργύριον. Veni ad te argenti gratia.

3. Παρὰ cum genitivo valet, *a*, *ab*: ut παρὰ τοῦ βασιλέως ἡ δικαιοσύνη. Ab Rege justitia.

Item cum dativo est *prope*, & fere de animatis dicitur: ut παρὰ τῷ βασιλεῖ κάθηται. Regem prope sedet.

Attamen cum accusativo varie sumitur, & I. pro *prope*; sed de inanimis dicitur: ut παρὰ τὴν θάλασσαν. Prope mare. II. exprimit *motum*, *caussam*. Plutarch. δεῦρο παρ' ἡμᾶς φοίτα. Huc ad nos veni. Demosth. παρὰ τὸ ἀδικεῖν ἡ τιμωρία. Ob peccatum supplicium. III. *præter*. Isoc. παρὰ γνώμην συμβαίνει. Præter opinionem accidit. Xenoph. παρ' ὀλίγους πάντες ἀνῃρέθησαν. Præter paucos, interfecti sunt omnes. IV. *contra*, *infra*, *supra*. Demosth. παρὰ πάντα τὰ δίκαια. Contra omnia jura. Id. παρὰ τὴν δύναμιν. Supra, vel infra vires.

4. Περὶ cum genitivo exprimit I. *caussam*, & *æstimationem* rei alicujus. Plutarch. περὶ ψυχῆς μάχεσθαι. Ob vitam pugnare. Isoc. περὶ παντὸς ποιοῦμαι. Maximi facio. II. valet *de*. Halic. περὶ ὧν ἔρχομαι λέξων. De quibus dicturus venio. Dicam de iis, quorum causa venio

At cum dandi casu accipitur, pro *circa*, *apud*. Xenoph. περὶ τῇ δέρῃ. Circa collum. Plat. ἀπέβαλον πολλοὺς περὶ ταῖς ἁμάξαις. Amiserunt multos apud currus.

Cum accusativo adsignificat I. *apud*. Lucian. καταράτους ἀνθρώπους εἶχε περὶ αὐτόν. Habebat apud se homines execrandos. II. exprimit, *motum*, *statum*. Lucian. ὡς ἔλθοιμι περὶ τοὺς φιλοσόφους. Ut venissem ad Philosophos. Demosth. τὰ περὶ τὴν ψυχήν. Quæ sunt in animo. Isoc. περὶ τὰ γελοῖα σπουδάζων. In rebus ridiculis serio agens. III. valet, *circa*, *circiter*, *erga*. Aristot. περὶ τὴν πόλιν τὸ στράτευμα. Circa urbem exercitus. Xenoph. περὶ τοῦ ἀρίστου ὥραν. Circiter horam prandii. Halic. χρηστὸς περὶ ἡμᾶς ἀνήρ. Vir erga nos benignus.

5. Πρὸς cum genitivo, & rebus animatis, significat I. *a*, *ab*, *coram*, *contra*: ut πρὸς Θεοῦ τὰ ἀγαθά. A Deo bona. Sic πρὸς Θεῶν μακάρων. Coram beatis Diis.

Diis. Halic. lib. 7. πρὸς ἀνδρὸς ἐχθρῦ ἐπιφέρων τὴν ψῆφον. Adversus inimicum hominem suffragium ferens. II. exprimit *jusjurandum*, *officium*, *vicem*. Aristoph. πρὸς Διὸς φράσον. Cedo per Jovem. Id. ὐ πρὸς ἰατρῦ σοφῦ. Non est sapientis Medici. Philo in Legat. ad Cajum. ὁ δὲ πρὸς ὕβρεως τὰς νυθεσίας λαμβάνων. Ille autem admonitiones injuriæ vice accipiens.

Cum dativo valet I. *ante*, *præterea* (& fere de inanimis): ut πρὸς τοῖς ποσί. Ante pedes. πρὸς τέτοις. Ad hæc, ideſt *præterea*. II. *cum*, ſeu *præter*: ut πρὸς τῷ ἱματίῳ δός μοι ἀργύριον. Cum veste, ſeu præter veſtem, da mihi argentum. III. *prope*. Lucian. πρὸς τῷ τέλει τῦ βίυ. Prope vitæ finem.

Cum accuſativo exprimit I. *proportionem*. Ariſtot. ὡς ἔχει τὰ δύο πρὸς τὰ τέσσαρα, ὅτω τὰ τέσσαρα πρὸς τὰ ὀκτώ. Quæ eſt ratio duorum ad quatuor, eadem eſt quatuor ad octo. II. *exemplar*: ut πρὸς τὸν αὐλὸν ᾄδει. Ad tibiam canit. III. valet *juxta*, *cum*, ſeu *ſimul*: ut πρὸς τὸ πνεῦμα πέτονται. Flamine ſecundo volant. Halic. σπονδὰς ποιεῖται πρὸς αὐτύς. Fœdus cum illis init.

6. Ὑπὸ denique cum genitivo, exprimit I. *cauſſam*: ut ὑπὸ νόσυ ὐ περιπατεῖ. Ob morbum non ambulat. II. valet *ab*, *ex*: ὑπὸ τῦ πυρὸς καταναλίσκεται. Ab igne conſumitur. ὑπὸ τῦ συνθήματος. Ex compacto. III. *per*. Herodot. ὑπὸ τῦ κήρυκος προηγόρευσε. Per Præconem edixit. IV. *ſub*: ut ὑπὸ μάλης βιβλίον ἔχων. Sub axilla librum habens.

Item cum dativo valet, *ſub*, *cum*, *coram*, *ab*. Æſop. ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοῖον Πίθηκον περιστέλλει. Sub pelle leonina ridiculam tegit Simiam. Plutarch. ὑπὸ δικαιοσύνῃ διάγειν τὸν βίον. Cum juſtitia, ſeu *juſte*, vitam traducere. λέγω δὲ ὡς ὑπὸ Θεῷ μάρτυρι. Dico autem tamquam coram Deo teſte. τύπτομαί ὑπό σῦ. Abs te verberor. II. *cauſſam* exprimit. Halic. ὑπὸ τῷ τραύματι ἐταλαιπώρει. Male habebat ex vulnere.

At vero accuſativo conjuncta, idem eſt, ac *ſub*,

 infra:

infra : ut ὁ στρατιώτης ὑπὸ τὸν στρατηγόν. Miles ſub Duce. Lucian. ὁ μὲν ὑπεράνω, ὁδ᾽ ὑπ᾽ αὐτόν. Alter quidem ſupra, alter vero infra ipſum.

Appendix.

1. Articulus pluralis, cum præpoſitionibus ἀμφὶ, & περὶ, ſæpe idem eſt, ac proprium dumtaxat nomen : ut οἱ ἀμφὶ, vel οἱ περὶ τὸν Πρίαμον, Priamus : οἱ ἀμφὶ, vel οἱ περὶ τὸν Παῦλον, Paulus ; & alia iſtiusmodi ; quæ Verbo ſingulari adhærent, cum plurali voce unum tantum exprimant. Herodot. καὶ οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον ἀφικνέεται ἐφ᾽ ἱερόν. Et Piſiſtratus ad templum venit. Sæpe quoque adſignificatur *comitatus*, vel *ſocietas* : ut οἱ περὶ τὸν Καίσαρα. Qui ſunt a Cæſare. οἱ ἀμφὶ τοὺς Κορινθίους. Corinthiorum aſſeclæ.

2. Ἐπὶ cum genitivo Pronominis, valet *per ſe*, aut *ſponte*. Halic. οὐδὲν ἐμὲ δεῖ ἐπ᾽ ἐμαυτοῦ λέγειν. Nihil me per me ipſum dicere neceſſe eſt.

3. Nonnumquam παρὰ, quum *motum* exprimit, dativum quoque admittit. Xenoph. Expedit. 2. ἔφη χρῆναι ἰέναι παρὰ Τισσαφέρνει, ὃς ἐκέλευσε. Ajebat, ad Tiſſaphernem iis eundum eſſe, quos juſſiſſet.

Juncta accuſativo non raro accipitur, pro *inter*. Halic. παρὰ τοὺς κινδύνους. Inter pericula. Plutarch. παρὰ τὰς ἐπάλξεις ἑστῶτες. Qui inter propugnacula ſteterunt. Refertur quoque ad *tempus*. Ariſtot. ἡμέραν παρ᾽ ἡμέραν. Alternis diebus.

4. Περὶ cum genitivo valet quoque *contra*. Herodian. in Commodo. δεδιὼς, μή τι καὶ περὶ αὐτοῦ νεωτερίσειεν. Metuens, ne quid novi contra ſe moliretur. Cum dativo *cauſſam* interdum exprimit. Thucyd. φοβηθεὶς περὶ τῷ χωρίῳ ἐρήμῳ ὄντι. A loco timebat utpote deſerto.

5. Πρὸς cum accuſativo, valet quoque *præ*. Xenoph. πρὸς τὰ νῦν δεινὰ πᾶν ὅ, τι πρότερον ὑπεμείναμεν, λόγος καὶ μηδὲν. Præ calamitatibus præſentibus quicquid ante pertulimus, nugæ ſunt, merumque nihil

6. Τὰ

6. Ὑπὸ, pro *sub*, interdum cum genitivo. Xiphil. in Severo. ὑπὸ τῆς ἀτοπίας ἦν ὁ Σεβῆρος. Sub hæsitatione Severus erat: ideſt *hæſitabat*.

Præc. VII. Præpoſitiones loco Nominis, & Adverbii acceptæ.

1. Pleræque præpoſitiones cum ſuis caſibus, adjecto articulo, loco nominis accipiuntur: ut οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς, Stoici: οἱ ἀπὸ τοῦ αἵματος, affines: οἱ ἐν τῷ ἀγρῷ, Coloni: οἱ ἐπὶ τῶν ἀποῤῥήτων, a Secretis: οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, a Poculis. Herodian. lib. 3. εἴ πως τινὰς πεῖσαι δυνηθεῖεν, ἢ τῶν ὀψοποιῶν, ἢ τῶν πρὸς ταῖς κύλιξι. Si quibus perſuadere forte poſſent, qui, aut a condiendis cibis eſſent, aut a poculis.

2. Item ſumuntur vice adverbii: ἐκ τοῦ φανεροῦ, palam: ἐκ τοῦ ἀδίκου, injuſte: ἐν δίκῃ, jure: ἐν καιρῷ, opportune: εἰς καλὸν, καιρὸν, δέον, belle, opportune, commode: εἰς μακρὰν, longe: εἰς τὰ πολλὰ, ut plurimum: ἐπὶ τῶν κεφαλαίων, ſummatim: ἐπὶ τοῦ ὀνόματος, nominatim: πρὸς τὴν ὀργὴν, iracunde: πρὸς τὸν φθόνον, invidioſe: πρὸς τὴν ἀφοσίωσιν, perfunctorie. Halic. lib. 1. τὰ κυριώτατα ἐπὶ κεφαλαίων ἐρῶ. Præcipua quæque ſummatim dicam.

Appendix.

Præpoſitiones ἀπὸ, & ἐκ, ſeu ἐξ rem, munuſque jam geſtum adſignificant: ut οἱ ἀπὸ, & οἱ ἐκ τῆς ὑπατείας, vel τῆς στρατηγίας. Qui Conſulari, vel Imperatorio munere defuncti ſunt. Herodian. lib. 7. περιτυχόντες τινὶ τῶν ἀπὸ ὑπατείας καὶ φίλων Ἀλεξάνδρου. Cum incidiſſent in aliquem ex Conſularibus hominibus, atque ex Alexandri amicis.

Præc. VIII. Præpositio versa in Adverbium.

PRæpositio, quum casu privatur, in adverbium migrat. Demosth. καὶ μικρόν τι πρός. Et aliquid amplius. Homer. πᾶσα περὶ χθών. Omnis circum terra. Sic Cic. pro Flacco. *Multis post annis pecunia recuperata est*.

CAP. XVIII.

De Constructione Adverbii universe.

Præc. I. Nominativus post Adverbium.

1. ADverbia demonstrativa ἰδού, ἰδέ, & Dorice ἠνί, ἠνίδε, nominandi casum admittunt. Æsop. fab. 13. ἰδοὺ Ῥόδος, ἰδοὺ καὶ τὸ πήδημα. Ecce Rhodus, ecce saltus.

Præc. II. Genitivus post Adverbium.

1. QUædam adverbia gignendi casum postulant: ea sunt I. *temporis*, *numeri*, *ordinis*, *caussæ*. Isoc. μέχρι ταύτης τῆς ἡλικίας βεβίωκα. Ad hanc usque ætatem vixi. Demosth. ἅπαξ, δίς, τρίς, τοῦ ἐνιαυτοῦ. Semel, bis, ter in anno. Gal. ἑξῆς, vel ἐφεξῆς αὐτῶν. Deinceps post eos. Batrachom. v.2. εἵνεκ' ἀοιδῆς. Carminis pangendi gratia.

2. Adverbia *similitudinis*, *separationis*, *exceptionis*. Aristot. ῥέουσι ποταμῶν δίκην. Fluunt fluminum instar. Isoc. ad Nic. ἑταιρείας μὴ ποιεῖτε, ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης. Sodalitia ne facite sine mea auctoritate. Id. ἅπαντες πλὴν, vel χωρὶς ἑνὸς ἀνδρός. Omnes, viro uno excepto.

3. Adverbia *copiæ*, & *inopiæ*, *occultationis*, *loci*: ut Adagium illud, ἅλις δρυός. Sat quercus. ἅλις σπουδῆς. Sat

Sat diligentiæ. Demosth. λάθρα, κρύφα, κρύβδην, & etiam κρύβδα ἡμῶν. Clam nobis. Isoc. ἔξω τῶν καιρῶν φέρεσθαι. Longe a proposito digredi. Synes. πανταχοῦ τῆς ὁδοῦ. Ubique locorum. Euripid. ποῦ, vel οὐ γῆς; Ubi terrarum?

4. Denique adverbia fere omnia a nominibus deducta, quæ gignendi casui adhærent. Demosth. πλέον, seu μᾶλλον τοῦ δέοντος. Plus, vel magis quam par est. Xenoph. πάντων μάλιστα γὰρ ὧν ἐγὼ οἶδα. Omnium maxime, quos ego novi. Socr. πράττειν ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. Agere, quæ probo viro sunt digna.

Appendix.

1. Adverbia ἑξῆς, & ἐφεξῆς, etiam cum dandi casu. Aristot. de Mund. ἑξῆς, vel ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις. Deinceps post dicta.

2. Vim Superlativorum adverbialium augent Græci particulis, ὡς, ὅτι, ὡς οἷόν τε, &c. Demosth. ὡς ἐδύνατο κάλλιστα. Quam poterat pulcherrime. Id. ὡς μετριώτατα, ὅτι βέλτιστα. Quam moderatissime, quam optime.

Præc. III. Dativus post Adverbium.

DAtivum poscunt adverbia, quæ a nominibus fiunt, dativo jungi solitis. Æschin. οὐδὲν ὁμοίως ἔχε τοῖς ἄλλοις. Non affectus fuit, ut alii.

Appendix.

1. Ut quædam nomina genitivo, ac dativo construuntur; ita quoque construuntur adverbia inde deducta. Plato in Apolog. ὅσῳ μοὶ ἐγγυτέρῳ ἐστὲ γένει. Quanto mihi propinquius estis genere. Isoc. ἔγγυστα Φασήλιδος ἔπλεον. Proxime ad Phaselidem accesserunt. navigaverunt

Præc. IV. de Accusativo post Adverbium.

ADverbia *jurandi* : ut νὴ, *per*, μὰ, [illegible] *per*, accusandi casum postulant. Demosth. νὴ τοὺς θεούς. Per Deos. Id. ὃ μὰ τοὺς Θεοὺς καὶ τὰς Θεὰς, οὐκ ἔχω λέγειν. Quod, per Deos ac Deas, dicere neutiquam possum.

Appendix.

Præpositio πρὸς, quum vicem adverbiorum νὴ, & μὰ gerit, genitivo gaudet. Demosth. πρὸς Διὸς καὶ Θεῶν μὴ ἐπιτρέπετε αὐτῷ. Per Jovem ac Deos, ne illi committatis.

Præc. V. Adverbia cum Adverbiis, & Præpositionibus.

1. ADverbia adverbiis quoque junguntur. Hesiod. νόσφιν ἄτερθε κακῶν. Sine malis. Sic Aristoph. μάλα σφόδρα. Valde admodum.

2. Aliquando sibi præpositiones adsciscunt. Aristot. Eth. 1. εὐθὺς ἐκ παίδων. Statim a puero. Id. μέχρι πρὸς τὸν ἥλιον. Usque ad Solem. Demosth. ἔγγυτα παρὰ παῖδας. Proxime ad pueros.

Præc. VI. Adverbia cum Verbis.

1. ADverbia *qualitatis* non ineleganter adhærent quibusdam verbis, ut ἔχω, διάκειμαι, διατίθεμαι, &c. Demosth. τὰ μὲν τῶν δημαγωγῶν πάντα καλῶς ἔχει· τὰ δὲ τῆς πόλεως αἰσχρῶς. Res quidem omnes Oratorum præclare habent; Reipublicæ vero male. Id. φιλικῶς διατίθεσθαι, vel διακεῖσθαι, πρός τινα. Bene erga aliquem affectum esse.

Appen-

Appendix.

1. Ὡς ἔχω γνώμης, peculiaris est Græcorum locutio. Halic. πειράσομαι λέγειν, ὡς ἔχω γνώμης. Conabor explicare, quid ego sentiam.

CAP. XIX.

De Constructione quorundam Adverbiorum sigillatim.

Præc. I. de adverbiis ἅμα, *&* ἀμέλει.

1. ADverbium ἅμα, cum dativo adsignificante *tempus*, perquam venuste conjungitur. Æschin. ἅμα τῇ ἕῳ. Sub auroram. Demosth. ἅμα τῇ ἡμέρᾳ. Prima luce.

Interdum Infinito, nominis instar, adnectitur. Chrysost. ἅμα τῷ τὸν λόγον ἀκοῦσαι τοῦτον. Simul atque rumorem hunc ebibi. Interdum Indicativo adhæret, sequente particula καὶ. Æschin. ἅμα καὶ ἀνακρύπτει καὶ ἀφαιρεῖται. Simul atque abscondit, aufert.

2. Item ἀμέλει ponitur non ineleganter ad rem confirmandam, illustrandamque: quemadmodum Latini †*profecto*, *utique*, *certe* usurpant. Lucian. ταῦτα γὰρ ἀμέλει διηγήσαντο. Hæc enim utique narrabant. † denique, tandem

At vero membri, aut periodi initio, idem est, ac *enim vero*. Demosth. ἀμέλει τίς γὰρ ἀνειμένως τοιαῦτα πάθοι ἄν; Enim vero quisnam hæc oscitanter ferret?

Appendix.

1. Adverbio ἅμα venustatis quidem gratia additur τε, seu δὲ; tum vero vel Indicativo, vel Participio copulatur. Chrysost. ἅμα τε προσέπεσε πρὸς τοὺς πόδας τοῦ Χριστοῦ, καὶ σωτηρίας ἔτυχε. Simul atque ad pedes Christi procubuit, statim salutem adepta est.

 Isoc.

Isoc. ἅμα γὰρ ἡμεῖς τε τῆς ἀρχῆς ἀπεστερήμεθα. Simul atque imperio nos privati sumus. Demosth. ἅμα δὲ λαβὼν, ἐσίγησε μικρόν. Simul atque accepit, aliquantisper siluit.

2. Non raro ἀμέλει ironice accipitur, pro *videlicet*. Demosth. οὕτω γὰρ ἀμέλει ῥεμβόμενος ἀεὶ συμπεραίνεις κατὰ γνώμην τὸ πρᾶγμα. Ita enim videlicet, assidue fluctuans, rem ex animi sententià conficies.

Præc. II. Αὐτίκα, εἶτα, *seu* ἔπειτα.

1. Αὐτίκα, mox, venuste quidem adnectit particulas, δὴ μάλα, γε μάλα. Plato 1. de Rep. εἴσῃ αὐτίκα δὴ μάλα. Mox scies. Articulo tamen præpositivo, & nomini interjectum, idem plane significat, ac *præsens*. Thucyd. τὸ αὐτίκα δεινόν. Præsens calamitas. αἱ αὐτίκα ἡδοναί. Præsentes voluptates.

2. Εἶτα, & ἔπειτα, deinde, initio periodi valent quoque, *&* *tamen*. Demosth. pro Cor. εἶτα τοῦτο μὲν οὐχὶ λέγει τὸ ψήφισμα· εἰ δὲ, &c. Et tamen de hoc decreto nihil quidem dicit; si autem, &c.

Appendix.

1. Αὐτίκα γε, & αὐτίκα γέ τοι, & αὐτίκα δή που, initio periodi accipiuntur, pro *ac primum quidem*. Lucian. αὐτίκα γε ὁ μὲν ἥλιος οὑτοσὶ οὐδ' ὅσον ἐκνήσατο τὸ οὖς (φασὶ) σχολὴν ἄγων. Ac primum quidem, Sol hic, qui ne tantillum quidem titillavit aurem (ut dicunt) otium peragens.

Item αὐτίκα, cum τε, & καὶ sumitur, pro *simul atque*. Thucyd. αὐτίκα τε τὸν ἐχθρὸν ἑώρακε, καὶ πρὸς τὰς διαλλαγὰς ὥρμησε. Simul atque inimicum vidit, cum eo in gratiam redire contendit.

2. Interdum in interrogationibus εἶτα, & ἔπειτα, notæ sunt indignantis, pro *ita ne vero?* Demosth. εἶτ' οὐκ αἰσχυνόμεθα; Non erubescimus, ita ne vero? Id. ἔπειτα οὐ κατα-

αισχυνόμεθα

κατάρατε σὺ παλαιὰ ἔργα ἔλεγες ; Tu vero , homo execrabilis , antiqua facinora prædicabas ?

Præc. III. ἐπεὶ , & ἐπιεικῶς .

1. EΠεὶ, & ἐπειδὴ, postquam , junguntur cum Indicativo. Demosth. ἐπεὶ ἀνέβαλεν ἑαυτόν. Postquam se recreare cœpit . Respondet quoque ἐπεὶ particulæ *nam* : idque tum per se , tum cum particulis τοί γε. Phil. 1. ἐπείτοι γε (unica voce) εἰ πάνθ' ἃ προσῆκε πραττόντων , &c. Nam si cum omnia vos præstaretis , quæ decerent , &c.

2. Eπιεικῶς , pro *admodum*, *satis* , accipitur. Demosth. de Philippo convalescente . ἐπεὶ ἀνέβαλεν ἑαυτὸν , καὶ ἐπιεικῶς ἔχει τὸ σῶμα. Postquam se recreare cœpit , & corpore satis bene valere.

Appendix.

1. Eπεὶ, & ἐπειδὴ, cum εὐθέως, τάχιστα , ac similibus, redduntur , *cum primum*. Xenoph. ἐπεὶ τάχιστα ὑπέβαλον . Cum primum suspicari cœperunt. Id. ἐπειδὴ εὐθέως ᾔσθοντο. Simul atque subodorati sunt.

2. Item ἐπεὶ, sequente δὲ, valet , *verumtamen* , & *deinde*, periodi tamen initio . Plutarch. in Thes. ἐπεὶ δὲ τὸν περὶ Λυκούργου καὶ Νουμᾶ λόγον ἐκδόντες , ἐδοκοῦμεν , &c. Verumtamen Lycurgi , Numæque historiam edentes , vide[illegible] , &c.

Præc. IV. ἢ , *&* ἢ *cum adjunctis Particulis.*

1. PArticula ἢ acutitona , accipitur fere , pro *quam*. At interrogative sumta sequitur particulam πότερον , ac respondet latinæ particulæ *an*. Demosth. pro Cor. τῆς ποίας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβούλετ' ἂν ; πότερον ἐκείνης , ἢ ταύτης ; &c. Utrius partis Urbem hanc fuisse vellet ? ejusne , an hujus , &c.

2. Sic

2. Sic ἦ οὐ, & ἦ γὰρ valent *nonne?* Plat. ἦ οὐχ ὁρᾷς, ὅσον ἔργον προστάττεις; Nonne vides, quam difficilem rem imperes? Id. in Hippia min. ἦ γὰρ ταῦτα ἦν ἃ ἔλεγες; Nonne ejusmodi erant, quæ dicebas?

3. Interdum ἦ cum ἂν, & ἦ cum γάρ ἂν, sonant *alioqui*. Plat. in Phædro. πᾶσα ψυχὴ τῇ φύσει θεᾶται τὰ ὄντα, ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῶον. Omnis animus ea quæ sunt, suâpte naturâ contemplatur, alioqui in hoc animantium genus neutiquam venisset. At ἢ που, & ἤ τοι valent *sive*. Exempla sunt passim obvia.

Appendix.

1. Initio periodi ἦ που valet *profecto*, aut quid simile. Plat. in Phædone. ἦ που χαλεπῶς ἂν τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους πείσαιμι. Ægre profecto aliis id suaderem. Idem significat medio periodi apposita, modo præcedat εἰ, & sequatur γε. Demosth. in Aristocr. εἰ περὶ τῶν ἀνδροφόνων τῶν κεκριμένων τοσαύτη σπουδὴ γίνεται· ἦ που περί γε τοῦ μήτε ἑαλωκότος, μήτε κατεγνωσμένου τὰ δεινὸν γράφειν. Si super iis, qui de homicidio damnati sunt, tantum curæ adhibetur; profecto indignum fuerit hoc de illo sancire, qui neque convictus, neque damnatus fuit.

2. Interdum ἦ που in media periodo tum per se, tum additis particulis γε, vel καὶ accipitur, pro *multo minus, ne dum*. Plutarch. in Politic. οὐδὲ τούτων ἐπιμελητέον ἐστὶ παρέργως. ἦ που (alibi ἦ που γε) τῶν περὶ τὸν βίον ἀμελητέον. Ne perfunctorie quidem horum cura suscipienda est; multo minus, quæ ad vitam pertinent, negligenda.

Prae. V. μᾶλλον, *&* μάλιστα.

1. Μᾶλλον, magis, sæpe jungitur particulæ δὲ, & vertitur, *immo, immo vero*. Demosth. Olynth. 2. ἐστὶ τῶν αἰσχρῶν, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν αἰσχίστων. Turpe est, immo vero turpissimum.

Μάλι-

2. Μάλιστα, potissimum, accipitur quoque, pro *admodum*, *circiter*. Thucyd. lib. 2. ἐν τεσσαράκοντα μάλιστα ἡμέραις. Diebus admodum quadraginta.

At μάλιστα μὲν, sequentibus particulis, εἰ δὲ μὴ, sumitur, pro *principio*, *ante omnia*. Plato in Menexeno. πειρᾶσθε, ὅπως μάλιστα μὲν ὑπερβαλλῆσθε· εἰ δὲ μὴ, ἴστε, ὡς ἡμῖν ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει. Contendite, principio quidem ut superetis; sin minus, intelligite, hanc nobis victoriam probro futuram.

Appendix.

Quam venustæ sunt illæ Græcorum loquendi formulæ: ἀεὶ μᾶλλον, magis magisque: τὰ μάλιστα, & τομάλιστα, maxima ex parte: τοῖς μάλιστ' ὁμοίως, quam qui maxime: ὁμοίως τοῖς ἥκιστα, quam qui minime. Demosth. de Reditu suo. εὑρήσετέ με ἀρίστεντα τῷ πλήθει, τοῖς μάλιστ' ὁμοίως. Me populi studiosum invenietis, quam qui maxime.

Præc. VI. μέχρι, ἄχρι, ἕως, μεταξὺ, ὁμοῦ.

1. Μέχρι, ἄχρι, (vel μέχρις, ἄχρις sequente vocali) & ἕως, adsignificant, *usque*; genitivum autem admittunt. Demosth. μέχρι τοῦ θαργηλιῶνος μηνὸς τὰς ἀνοχὰς ποιεῖσθαι. Usque ad mensem Aprilem facere inducias. Id. ἄχρι τῶν σφυρῶν καθεὶς τὸ θοιμάτιον. Usque ad talos demissam habens vestem. Id. ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Usque in hodiernum diem.

2. Ἕως, & μέχρι, non raro pro *donec*, & Indicativo copulantur. Demosth. ἕως ἐσμὲν σῶοι. Donec sumus incolumes. Philo. μέχρι μὲν ἡ τῶν ἐκτὸς πρόσεστιν ἀφθονία. Donec rerum externarum affluentia adest.

3. Sæpe præcedit μέχρι τούτου, tum vero sequitur ἕως ἂν, pro *eo usque*, *donec*. Demosth. εἰ μέχρι τούτου,

πότε πεισόμεθα, ἕως ἂν ἡμῖν ὁμολογήσῃ πολεμεῖν. Si eo usque exspectabimus, donec se nobis inferre bellum fateatur..

Appendix.

1. Infinito quoque adhæret μέχρι, adjecto τοῦ. Demosth. κακοήθης ἄνθρωπος μέχρι τοῦ τυχεῖν, ὧν δεῖται, φίλος ἐστι. Insidiosus homo eo usque amicus est, dum ea, quibus eget, adipiscatur.

2. Sic μέχρι, & ἄχρι, cum interrogativis τίνος, vel τοῦ, valent, *quousque?* Demosth. μέχρι τοῦ (alibi μέχρι τίνος) τοῖς πράγμασιν ἀνειμένως χρησόμεθα; Quousque tandem res oscitanter curabimus?

3. Μεταξὺ, inter, Participio fere jungitur. Vid. lib. 2. cap. 11. præc. 3. app. num. 2. Interdum accipitur, pro *cum.* Plutarch. in Theseo. καὶ μεταξὺ τῷ δυνατοῦ σύνεσιν ἔχοντες. Qui prudentiam cum potestate conjunctam habent.

4. Etsi ὁμοῦ, fere adsignificat *simul*, valet interdum, *circiter*. Halic. ὁμοῦ πεντακόσια ἔτη. Anni circiter quingenti.

Præc. VII. ὄπου, ὅπως, οὕτω, ῥᾳδίως.

1. ΟΠου, ubi, valet etiam, *quousque*, citra interrogationem, vel *eo usque, dum*. Plutarch. in Poplicola, ubi de arboribus, aliisque ejusmodi in Tyberim projectis, ait: ὑπήγαγεν ὁ ῥοῦς οὐ πολὺν τόπον· ἀλλ' ὅπου τὰ πρῶτα συνενεχθέντα, καὶ περιπεσόντα τοῖς στερεοῖς ὑπέστη. Fluxus *amnis* haud procul detulit; sed eo tantum usque, dum primi *manipuli* simul devecti, & in vada incurrentes subsisterent.

2. Adverbia οὕτω, & οὕτως, pro *ita, sic*, respondent particulæ ὡς, *ut*. Demosth. μηδενὸς οὕτως, ὡς τοῦ δικαίου δεῖ φροντίζειν. Nihil ita, ut æquitas curanda est.

3. Pa-

3. Ῥᾳδίως, facile, adsignificat etiam *moderate*, ut apud Latinos. Plat. Polit. 1. ῥᾳδίως τὸ γῆρας φέρειν. Moderate senectutem ferre. Interdum est *admodum*. Lysias. ἀγρὸν ταλάντε ῥᾳδίως ἄξιον. Agrum admodum talento æstimandum.

Appendix.

1. Adverbium οὕτω idem interdum est, quod *ita demum*. Xenoph. Instit. 2. προσευξάμενοι Θεῶν, οὕτω διέβαινον ὅρια. Cum Deos precati essent, ita demum fines transierunt.

2. Item pro *temere*, additis venustatis gratia particulis πως, vel πε. Demosth. Olynth. 1. ὑμᾶς δὲ οὕτω πως ἄνευ πραγμάτων λαμβάνετε εἰς τὰς ἑορτάς. Vos autem pecunias temere, nec rebus exigentibus, in festa absumitis.

3. Ῥᾳδίως οὕτω, est *ita passim*, seu *temere*. Plat. 2. de Rep. ἆρ᾽ οὖν ῥᾳδίως οὕτω παρήσομεν τὰς ἐπιτυχόντας μύθες ἀκέειν τὰς παῖδας; An igitur ita passim fabulas, qualescumque inciderint, audire pueros permittemus?

Præc. VIII. πῶς, πε, *& de adverbiio Approbandi, & Improbandi*.

1. ADverbium πῶς interrogative accipitur, pro *quomodo?* Demosth. πῶς ὑμῖν τὰ πράγματα ἔχει; Ut vestræ res habent?

2. Item πε, ubi, interdum etiam est, *quomodo?* Demosth. pro Cor. πε δὲ παιδείας σοι θέμις μνησθῆναι; Quomodo autem eruditionis tibi meminisse fas sit?

3. Multa quoque sunt adverbia, quibus ad probandum, quod ab altero dicitur, vel ad improbandum, utimur. Prioris generis sunt: πῶς γὰρ οὐχί, vel τί μήν, vel πῶς δ᾽ ἔ, vel πῶς γὰρ ἔ; Quid ni

ni enim? σφόδρα γε, equidem: ναὶ, etiam, ita: πάντως δήπε, utique: ὑπερφυῶς δὴ, etiam atque etiam.

Alterius vero generis sunt: καὶ πῶς, vel πῶς γάρ; Quî enim fiat? ἐ γάρ, vel ἐ γάρ ἐν. Nequaquam hercle. ἐ δῆτα, vel ἐ μὲν δή. Neutiquam sane. ἔκουν ἔγωγε. Ego vero minime. Et alia hujusmodi.

Appendix.

1. Πῶς etiam citra interrogationem usurpant Græci; ac tum adsignificat, *certo* ac *peculiari modo*. Aristot. Eth. 2. ἐ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος, ἀλλ' ὁ πῶς. Non reprehenditur, qui solum nodo irascitur, sed qui certo quodam modo.

2. Πε encliticum apponitur venustatis tantum caussa, & eodem fere sensu, ac γε, δὴ, πως. Exempla passim invenies.

Præc. IX. μὴ, ἐ, ἐκ, *cum adjunctis Particulis.*

1. Adverbia μὴ, ἐ, ἐκ, non, minime, adjunguntur, & quidem venustissime, quibusdam particulis; ut μὴ ἐ, μὴ ἐκ, μὴ ἐχὶ, μὴ ἐχὶ καὶ, quæ sequente Participio redduntur, *nisi*, *quin*. Demosth. ἐκ ἂν ἀξιόπιστος εἴην τῦτο λέγων, μὴ ἐχὶ πρότερον ἀληθεύσαμενος. Fide dignus neutiquam essem hoc dicens, nisi jam ante vera protulissem.

Item μὴ γάρ γε, μὴ γὰρ δὴ, μὴ δῆτα, exprimunt, *absit enim*. Demosth. pro Cor. τίς ἐχὶ κατέπτυσεν ἂν σε; μὴ γὰρ τῆς πόλεώς γε, μὴ δ' ἐμῦ (καταπτύσαι ἂν φήσαιμι). Quis te non execratus esset? Absit enim, ut id vel in Rempublicam, vel in me *ominari velim*.

Præterea μήτι, μήτιγε, μήτι δὴ, μήτιγε δὴ, μὴ ὅτι, & μηδὲ, μὴ ὅτιγε, μὴ ὅτι δὴ, μήτοιγε, vel μήτοιγε δὴ, significant, *ne dum*. Plat. in epist. ad Dionys. ἐγὼ ἐδ' ἐ ἀνθρώπῳ, μὴ ὅτι δὴ Θεῷ, παρακελευσαίμην ἂν δρᾷν τῦτο. Ego ne hominem quidem id facere juberem, ne

ne dum Deum.

2. Sic οὐ γάρ; nonne? οὐ γὰρ ἄν, alioqui non: οὐ γὰρ ἄν πω, absit enim: οὐ μὴν, neque tamen; οὐ μὴν οὐδὲ, vel μὴν ἀλλ' οὐδὲ, verum enimvero non: οὐχ ὅτι, οὐχ ὅπως, μὴ ὅπως, μονονοῦ, μονονουχὶ, non solum, non solum non: οὐδὲ, & μηδὲ, ne quidem, neque.

Appendix.

1. Adverbium negativum aliquando Græci verbo postponunt: quod Latini raro admodum usurpant. Plat. de Rep. 3. δεῖ δέ γε οὐχ, ὡς ἄρτι ἡμῖν ὁ λόγος ἐσήμαινεν, &c.: pro οὐ δεῖ δέ. Non oportet autem, uti paullo ante nobis sermo indicabat, &c. Hinc apud Virg. *Nulla neque amnem libavit quadrupes*.

2. Plures negationes vehementius sæpe negant: ut οὐδὲ μὴν ἔγω γε, μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαιμι. Neque ego id umquam fecerim.

Rarius tamen Latinorum more affirmant. Demosth. μὴ ἂν διὰ ταῦθ', ὧν ἡμᾶς οὕτως ἐξηπάτησε, μὴ δότω δίκην. Ne vero propterea, nullas eorum, quibus nos ita decepit, pœnas persolvat.

CAP. XX.

De Constructione Interjectionum.

1. INterjectiones sunt I. *abominandi*: ἄπαγε, ὢ ὤ, ἰοὺ ἰού, apage. II. *admirandi*: βαβαί, παπαιάξ, φεῦ, papæ, & ἄπολλον, pro hercle. III. *approbandi*: εὖγε, euge. IV. *comminandi*: οὐαί, væ. V. *dolendi*: οἴ, & αἴ, hei, φεῦ, & ἰώ, heu. VI. *exclamandi*: ἆ ἆ, ah ah, ὦ, o, ἰοὺ ἰού, ahu ahu. VII. *Indignandi*: φεῦ, evax. VIII. *lætandi*: ἰοὶ, εὐοῖ, evax, ὦ, o, ὠή, ohe. IX. *metuendi*: ἆ ἆ, at at, ἰὲ ἰέ, vel ὢ ὤ, hem hem. X. *ridendi*: ἒ ἒ ἒ, ha ha ha, &c.

2. Sua

2. Sua item est apud Græcos Interjectionibus constructio, sed nimis varia. Quædam, ut οἴ, φεῦ, ὤ, cum nominativo copulantur. Euripid. οἲ ἐγὼ μελέα. Hei mihi miseræ. Sophocl. in Ajac. φεῦ τάλας. O me miserum! Basil. in Epist. ὢ πηγῆς πολυχεύμονος. O fontem uberem!

2. Quædam cum gignendi casu: ut αἴ, βαβαὶ, ἰὼ, φεῦ. His adde, ὤ. Phavorin. αἲ αἲ τῶν νεογνῶν μου παιδίων. Heu, heu recens natos meos liberos! Id. βαβαὶ τῆς εὐδαιμονίας. Papæ, quanta est hæc felicitas! Suid. ἰὼ ἰὼ τραυμάτων ἐπωδυνῶν. O, o vulnera dolorifica! Sophocl. φεῦ τοῦ θανόντος. Heu mortuum! Phavorin. ὢ τῆς ἐμῆς ἀθλιότητος. O meam calamitatem!

Ex his αἴ, ἰὼ, ὢ; & οἴ, dativum quoque personæ admittunt. Phavorin. αἲ αἲ μοὶ τῶν ἀγρῶν (supple ἕνεκα). Hei, hei mihi ab agris. Sophocl. ἰὼ μοὶ μοί. Hei mihi, mihi. Phavorin. ὤ μοι τῷ δειλῷ. Hei mihi misero. Lucian. οἴ μοι τῶν κτημάτων (deest ἕνεκα). Væ mihi a possessionibus.

4. Quædam denique, ut ἰοὺ ἰού, ὦ, ἰὼ, vocativo junguntur. Aristoph. ἰοὺ ἰού, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ. Ahu, ahu, o Juppiter Rex. Idem. ἃ μὴ λέγε, ὦ πονηρέ. Ah ne dicas, improbe. Eurip. Phæniss. ἰὼ ἰὼ πότνια, μόλε πρόδρομος. Heus, heus veneranda, progredere.

Appendix.

1. Plerumque sine casu Interjectiones efferuntur. Plutarch. in Paul. Æmil. φεῦ φεῦ τί πρὸς ἐπανόρθωσιν ἠθῶν ἐνεργότερον; Papæ, papæ, quid ad emendandos mores efficacius? Eurip. in Cyclope. παπαιάξ, ὡς καλὴν ὀσμὴν ἔχει. Papæ, quam bene olet! Eurip. Phæniss. ὠή, τίς ἐν πύλαισι δωμάτων κυρεῖ; Ohe, quis ad domus januam nugatur?

2. Nonnumquam genitivus tantum apponitur, subintellecta Interjectione. Nazianz. τῆς τύχης, pro ὢ τῆς

ὦ τῆς τύχης τῆς ἀναιχυντίας. O fortunæ impudentiam! Interdum accusativus. Diogenes in epist. ad Apollexidem. γελοιοτάτην σύστασιν. O ridiculam maxime commendationem!

3. Denique Græci in invocationibus tum vocandi, tum gignendi casu utuntur, quum Latini vocativum, & accusativum adhibent: ut ὦ Ἄπολλον εὐδαιμονίας ὑπερβαλλούσης. O Apollo magnam felicitatem!

CAP. XXI.

De Constructione Conjunctionum.

Præc. I. de Conjunctionibus universe.

1. Conjunctiones dividunt quoque Græci in Adversativas, Approbativas, Caussales, Completivas, Disjunctivas, Potentiales, Ratiocinativas. His demum addunt eas, quas vocant, Ordinis.

2. Adversativæ sunt, ἀλλὰ, sed: καίπερ, interdum: καίτοι, etsi: εἰ καὶ, si etiam: ὅμως, tamen: καὶ μὴν, atqui: οὐ μὴν ἀλλὰ, verumtamen: & ἔμπης (poetic.), tamen.

Ad adversativas revocantur particulæ tum *corrigendi*, ut μᾶλλον δὲ, immo; tum *diminuendi*, ut γε, γοῦν, κἂν, saltem.

3. Approbativæ sunt, γε, δὴ, quidem. Lucian. νὴ Δία ἔνδοξοί γε ἀμφότεροι. Per Jovem illustres quidem ambo.

4. Caussales sunt, γὰρ, enim: καὶ γὰρ, etenim: ὅτι, quòd: ἐπειδὴ, postquam: ἐπειδήπερ, quandoquidem: ἵνα, ὅπως, ὡς, ὥσπερ, ὥστε, ὄφρα (poetic.), ut: μὴ, ne.

Huc faciunt particulæ Conditionales, seu Exceptivæ: ut ἢ, quatenus: εἰ, ἂν, ἐὰν, ἢν, si: εἰ μὴ, & ὅτι μὴ (poetic.), nisi: αἴκε, seu αἴκεν, (poetic.), si modo, si forte.

5. Completivæ sunt, δὴ, νὺ, πὲρ, ῥὰ, τοὶ, sane, quidem: πω, dum. R 6. Co-

6. Copulativæ, καὶ, & : τε, que : μὲν, quidem: δὲ, autem ; quæ interdum etiam sunt adversativæ.

7. Disjunctivæ, ἢ, ἠὲ, ἤτοι, aut, sive.

Spectant huc quoque particulæ, tum utramque rem tollentes : οὐδὲ, οὔτε, neque ; tum dubitativæ : ἆρα, μῶν, εἰ, an, num : & poetic. αἴκε, & αἴκεν, si forte.

8. Potentiales, ἂν, & κε, κεν (poetic.), utique.

9. Ratiocinativæ sunt, ἄρα, ergo : οὖν, itaque : τοίνυν, igitur : διὰ τοῦτο, quapropter. His adde, δηλαδὴ, videlicet : δηλονότι, nimirum ; quæ vim quoque affirmandi habent.

10. Conjunctiones ordinis sunt : αὖτις, αὖτε, iterum: εἶτα, ἔπειτα, μετὰ ταῦτα, deinde : πάλιν, rursus : τὸ πρῶτον, primum.

Nunc vero de quibusdam Conjunctionibus, in iis quæ sequuntur præcepta, sigillatim agendum erit.

Præc. II. ἀλλὰ, & ἂν, *cum Particulis*.

1. Ἀλλὰ, sed, valet quoque *at certe* ; tuncque adnectit particulas, γε, γε οὖν, vel οὖν γε, vel γοῦν. Aristot. εἰ μὴ πᾶσι δυνατὸν, ἀλλά κατά γε φυλάς. Si minus hoc universi possunt, at certe per Tribus.

Sequentibus vero ἆρα, γὰρ, δὴ, ἢ, μὴ, ὦ, οὐ, οὐχὶ, in interrogationibus valet *utrum*, *an?* Plat. Leg. 10. ἀλλ' ἆρά ποι προσφερεῖς τῶν ἀρχόντων, ἢ τινες τούτοις ; An similes *Dii sint* quibusdam Principum, an hi illis ?

Alias quoque adnectit sibi particulas, diversa fere acceptione : ἀλλα δὴ καὶ, immo etiam : πλὴν ἀλλὰ, verumtamen : πλὴν ἀλλ' ἢ, nisi : ἀλλ' ἢ, ἀλλὰ ὅτι, ἀλλὰ ἢ ὅτι, nisi quod : ἀλλά τοι, ἀλλά μὴν, atqui. Liban. ἤτοι ἄδειαν ἔχον ἀπιέναι, ἀλλα δὴ καὶ πρὸς πολεμίους. Ii liberam abeundi potestatem obtinuere, atque adeo ad ipsos hostes. Lucian. εἰ γάρ εἰσι βωμοὶ, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσι βωμοί· εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί. Nam si aræ sunt, sunt etiam Dii ; atqui aræ sunt ; ergo & Dii.

2. Conjunctio ἂν cum indefinite, seu ἀορισολογικῶς ;

κῶς; tum potentialiter, seu δυνητικῶς, accipitur. Indefinite quidem accepta (hoc est, quum certum locum, aut tempus, aut rem minime adsignificat) fere Optativo, vel Conjunctivo gaudet, ac Verbo præponitur. Isoc. ad Demonic. ὅ τι ἂν ἐπέλθῃ σοῖ πάντως. Quicquid ipsis in mentem venerit. Lycurg. περὶ δὲ τούτου ὅ, ἄν τι βουλεύσησθε, παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἔσται λόγος. De hoc Leocrate quicquid statueritis, in ore Græcorum omnium id erit.

Accepta vero potentialiter (hoc est, quum Potentialem modum supplet) omnibus Modis, ac Temporibus adjungitur, quibus modo præponitur, modo postponitur. Demosth. Philip. 1. οὐδὲν ἄν, ὧν νυνὶ πεποίηκεν, ἔπραξε. Nihil eorum, quæ nunc fecit, præstitisset. Ibid. ἡγοῦμαι εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν. Existimo, veniam jure me consequi. Xenoph. Institut. 1. ὡς οὐδένα ἂν λήσαντα τὰ Θεοῦ σημεῖα. Quasi neminem signa Dei latere possent.

Interdum desideratur ἄν. Demosth. Olynth. 1. πολὺ ταπεινοτέρῳ νῦν ἐχρώμεθα τῷ Φιλίππῳ. Multo modestiore Philippo nunc uteremur.

Quod si εἰ, & ἂν sibi respondeant; vel utraque Indicativo, aut Optativo jungitur, vel alterutra. Plutarch. in Alex. εἰ μὲν Ἀλέξανδρος ἤμην, ἔλαβον ἂν ταῦτα. Si essem Alexander, ista accepissem. Isoc. εἰ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν, ἢ ἀδικεῖσθαι· ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι, ἢ ἀδικεῖν. Si necesse esset, facere, aut pati injuriam; pati mallem, quam facere. Sic, εἰ δόξειε τἀληθὲς αὐτῷ, εὐθὺς ἂν ἐπείσθη. Si verum ei visum fuisset, statim fuisset persuasus. Item. ἀνόητος ἂν εἴη, εἰ καταφρονήσει. Stultus fuisset, si contemsisset.

Appendix.

Conjunctio ἄν, & ἀλλά, quum particula *adhortantis* est, redundant, & elegantiæ tantum caussa apponuntur. Aristoph. in Vesp. ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων

 γάλα

γάλα ἀντὶ τῦ βίυ λάβοιμι ἄν. Ego quippe ne lac quidem avium huic vitæ prætulerim. Halic. lib. 3. οἱ μὲν ἀντικρυς ἐπιόντες, οἱ δὲ κατόπιν· ἀλλ' ἴτε σὺν πολλῇ καταφρονήσει ἐπ' αὐτάς. Alii quidem a fronte, alii vero a tergo ingruentes; Ite porro in eos multa cum despicientia.

Præc. III. ἄρα, & γε, *cum Particulis.*

1. Ἆρα, penultimâ acutâ (nam ἆρα, *utrum*, valet) initio periodi, adjectâque præsertim ἂν, sonat; *quamobrem*. Plat. 5. de Rep. ἄρ' ἂν ἐκ τῦδε τὸ τοιόνδε γίγνεται. Quamobrem ex hoc tale quid sequitur.

Sumitur quoque, pro *forte*, *tamen*, & Optativo adhæret. Xenoph. εἴ τις ἄρα τῦ βραβείυ ἄξιος ἐν τοσύτοις γένοιτο. Si quis forte tot inter præmio dignus esset.

2. Particula γε per se valet *saltem*. Lucian. τῦτό σοι ἰάσομαι, τὸ μόν γε μέρ☉. Huic malo tuo medebor, pro virili saltem parte. Præcedente tamen καὶ, & voce aliqua interjecta, significat *immo*. Plat. in Protagorá. ἠρόμην τῦτον, εἰ τὰς ἀνδρείυς λέγοι θαῤῥαλέυς· ὁ δὲ, καὶ ἴτυς γε ἔφη. Quærebam ex eo, num viros fortes, audaces esse diceret; ille autem, immo & temerarios, inquit.

Nonnullas alias sibi particulas adnectit, varia tamen acceptione: γε δὴ, saltem: γέ τοι, γέτοι, πυ, γεῦν, γῦν, certe, quidem: γε μὴν, enimvero. Demosth. in Midian. μέτριον παρέχειν ἑαυτὸν, τόν γε δὴ μέχρι τῆς κρίσεως χρόνον. Moderatum sese præbuisset, saltem hoc judicii tempore.

Appendix.

1. Sæpe ἄρα, *utique*, *nimirum* valet, venustatis tantum gratia apposita. Appian. ἠδόξησεν ἄρα, εἰ μὴ τοῖ

καὶ ὅμοια γενναίως ἐνέγκοι. Male nimirum audiisset, ni similia constanter pertulisset. Sic etiam γε ornatui deservit aliquando: ut πάνυ γε, admodum.

2. Interdum γε μὴν sonat, *quin etiam*. Xenoph. in Agesilao. ἐλπίδων γε μὴν πάντας ἐνέπλησεν. Quin etiam spe omnes implevit.

Præc. IV. γὰρ, & δὴ, cum Particulis.

1. Conjunctio γὰρ, nam, adjunctam habet venustatis gratia δή. Plat. in Apolog. ἐγὼ γὰρ δὴ οὔτε μέγα, οὔτε σμικρὸν σύνοιδα ἐμαυτῷ. Ego enim nullius plane rei sum mihi conscius.

+ neque in magna neque in parva

2. Conjunctio δὴ, igitur, (quæ in soluta oratione numquam periodi, vel membri initio præponitur) postponitur quam venuste particulæ καὶ, asseverandi gratia. Demosth. καὶ δὴ βουλοίμην ἄν. Equidem omnino vellem.

Conjunctas quoque habet, πε, ποθεν, ποτε: ut δήπε, δήποθεν, videlicet, δήποτε, tandem. Demosth. τί δήποτέ σε ἄπασι παροξύνει; Quid tandem usque adeo te commovet? Interdum aliis postponitur: ut φέρε δὴ, ἴθι δὴ, age sis: ἐνταῦθα δὴ, enim vero: ὅτω δὴ, atque ita: δεῦρο δὴ, huc age.

Appendix.

1. Γὰρ, & δὴ ironice interdum invenies. Demosth. σὺ γὰρ ἀπὸ τέτων ὁρμήσας, ἅπασαν μέλλεις καταλαβεῖν τὴν χώραν. Tu scilicet, cum ab his tam mature inceperis, universam occupabis regionem. Id. ὑμεῖς ἄρα, φιλομαθεῖς δὴ τινες ὄντες, ἄσμενοι ἂν τῆς παιδείας ἕνεκα πάνθ' ὑπομένητε. Vos igitur, doctrinæ nimirum studiosi, non libenter ejus caussa omnia perferatis.

2. Præcedente vero ὁ, vehementius γὰρ interrogat. Chrysost. in cap. 15. 1. ad Cor. ὁ γὰρ ἐκκοπῆναι τὴν γλῶτταν ἐκείνην ἔδει; Quidni enim? an non linguam istam exscindi oportebat?

Præc. V. εἰ, ἢν, ἂν, ἐὰν, *cum Particulis.*

1. Conjunctiones εἰ, ἢν, ἂν, ἐὰν respondent latino *si.* At εἰ fere Imperfecto, aut Aoristis Indicativi, rarius autem Perfecto adjungitur. Demosth. Philip. 1. εἰ μὲν περὶ καινῦ τινὸς πράγματος προὐτίθετο λέγειν. Si novum argumenti genus ad dicendum esset propositum. Id. Olynth. 1. εἰ τότε προθύμως ἐβοηθήσαμεν. Si alacriter tunc opem tulissemus.

2. Aliquando εἰ valet *num*, *an*, dubitando potius, quam interrogando. Plutarch. in Lycurgo. εἰ καλῶς κείμενοι νόμοι τυγχάνουσιν, ἠρώτησε. Rogavit, num rite constitutæ leges essent.

3. Conjunctioni εἰ variæ adhærent particulæ: ut εἰ καὶ, etsi: καὶ γὰρ εἰ, etsi enim: εἰ ἄρα, εἰ γε, εἴ περ, εἰ δὴ, εἴ πως, si modo: εἰ δὲ, quod si; quæ fere cum Indicativo. Item εἰ μὴ, nisi: εἰ δὲ μὴ, & εἰ δὲ ὐ, sin minus: εἰ δ' ἄγε (poetic.), age vero: εἴ περ ἄρα, & εἰ ἄρα, alioqui.

Appendix.

Interdum εἴ περ valet *quoniam*. Aristot. Politic. 6. εἴ περ τῦ δούλυ ὄντος, τὸ ζῆν μὴ ὡς βύλεται. Quoniam servi hoc proprium est, ut ne vivat, quomodo voluerit.

Præc. VI. καὶ, *cum Particulis.*

1. Redduntur τε, καὶ, *cum*, *tum.* Xenoph. ἀνὴρ ὀξὺς τε τὴν διάνοιαν, καὶ τὸ σῶμα ἐρρωμένως ἔχων. Vir cum acuto ingenio, tum robusto corpore.

Item καὶ pro *etiam*, ut apud Latinos. Demosth. pro Coron. ἐμοὶ τὴν εὔνοιαν καὶ νυνὶ παρέχεσθε. Etiam nunc vestram mihi benevolentiam concedite.

Interdum sumitur pro *an vero*, initio periodi, & cum

cum nobis interrogandum sit. Lucian. in Charonte. καὶ δυνησόμεθα, δύ' ὄντες, ἀράμενοι τὸ πήλιον καὶ ὄσσαν; An vero, cum duo tantum simus, Pelium, & Ossam tollere poterimus?

2. Particulas sibi quoque jungit: ut καὶ δὴ, καὶ δὴ καὶ, καὶ δῆτα, καὶ δῆτα καὶ, & quidem, & certe: καὶ μὴν, enim vero: καὶ μὴν καὶ, quin etiam: καὶ μήν γε, at vero: καί τοι καὶ, & quidem: καί τοί γε, quamquam. Plutarch. in Cæsar. καί τοι καὶ λόγον τινὰ κατέσπειραν εἰς τὸν δῆμον. Et quidem rumoris aliquid sparserunt in populum.

Appendix.

1. Quemadmodum apud Latinos sibi respondent, *perinde ac*, *æque ac*; sic apud Græcos sibi respondent, κατὰ ταῦτα, vel κατὰ ταὐτὸ, vel ὥσπερ, καὶ; aut ἴσα καὶ, eadem significatione. Pausan. in Atticis. κατὰ ταῦτα ἐστός τε ἤχησε, καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα. Is perinde resonare solet, atque ut cithara pulsata. Nazianz. πάσης τυχὼν παρ' αὐτοῦ δεξιώσεως, ἴσα καὶ παίδων ὁ τιμιώτατος. Omnem ab eo benevolentiam, consequutus est, perinde ac si liberorum clarissimus esset.

Interdum postponitur Pronominibus ἕτερος, & ἄλλος. Aristot. Politic 1. ἔστι γὰρ ἑτέρα ἡ χρηματιστικὴ, καὶ ὁ πλοῦτος ὁ κατὰ φύσιν. Ars enim quæstuaria alia est, ac divitiæ, quæ a natura sunt.

2. Κἂν, (idest καὶ ἂν) pro *etiam*, *quod si*: & κἂν εἰ, pro *si autem*, *quod si*. Demosth. pro Cor. κἂν μὲν ἀλαβόμενος τοῦτο, μὴ λέγω τὰ πεπραγμένα ἐμαυτῷ. Quod si enim id veritus, res a me gestas neutiquam dicam. Demosth. de falsa Legation. κἂν εἰ ταῦτα πάντα ὑπῆρχε. Quod si hæc omnia adessent.

Interdum vero κἂν εἰ, & κἂν sibi respondent, ac particulæ disjunctivæ sunt. Aristot. οἱ γὰρ ἀστέρες, κἂν εἰ μείζους, κἂν ἐλάττους φαίνωνται. Stellæ enim sive majores, sive minores appareant, &c.

Præc. VII. μὲν, & δὲ, *cum Particulis.*

1. Conjunctiones μὲν, δὲ, in membris diversis positæ, inter se referuntur, ut apud Latinos, *quidem*, & *vero*: *cum*, & *tum*. Demosth. pro Coron. πολλὰ μὲν ὖν ἔγωγε ἐλαττῶμαι κατὰ τυτονὶ τὸν ἀγῶνα Αἰσχίνυ· δύο δὲ, καὶ μεγάλα. Et quidem hac in caussa, cum multis capitibus sum Æschine inferior; tum duobus potissimum, iisque permagnis.

2. Aliæ particulæ conjunctioni μὲν adnectuntur: ut μὲν δὲ, sed: μὲν δὴ, μὲν ὖν (periodi tamen initio), & quidem: μέν τοι (in responsionibus), sane vero.

Appendix.

1. Sumitur μὲν ὖν, vel μὲν ὖν γε, interdum pro *quinimmo*, *immo vero*. Luc. 11.28. μὲν ὖν γε μακάριοι οἱ ἀκέοντες τὸ λόγυ τὸ Θεῦ. Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei.

2. Conjunctio δὲ accipitur non raro, pro *etiam*. Demosth. εἰ ῥήτωρ ἐςὶν, οἵυς ἐνίυς ἐγὼ καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε. Si Rhetor is est, cujusmodi nonnullos ego, & vos etiam videtis, &c.

Præc. VIII. ὅτι, τοίνυν.

1. Ὅτι, *quod*, vel *quia* valet. Sed τί ὅτι in interrogationibus est, *quamobrem*, *cur*. Marc. 9.27. ὅτι ἡμεῖς ὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; Quare nos non potuimus ejicere eum?

2. Ὅτι μὴ non raro valet *nisi*, & ὅτι μὴ καὶ valet *nisi quod*. Aristid. Panathen. ἐν ἐπιςολαῖς ταῖς ἑλληνικαῖς, ὐδὲν ἦν, ὅτι μὴ Ἀθῆναι. In græcanicis epistolis nihil erat, nisi Athenæ.

3. Τοίνυν, igitur, initio periodi est *ergo*; *utique*, *&* *quidem*. Demosth. pro Coron. τὸ μὲν τοίνυν ἐν τῇ πρεσβείᾳ πρῶτον. Quod ergo primum ea in legatione contigit. *Appen-*

Appendix.

1. Oτι μὴ καὶ usurpatur etiam, pro *quamquam*. Nazianz. Orat. 20. ὅτι μὴ κἀκ τούτων εἰς τὴν θεοσέβειαν ὠφελήμεθα. Quamquam ex iis quoque rebus in divino cultu profecimus. καὶ τούτων

2. Τοίνυν in transitionibus oratoriis locum quoque habet, pro *jam vero*. Isoc. in Paneg. τῶν τοίνυν τὰς πανηγύρεις καταστησάντων, δικαίως ἐπαινουμένων, &c. Jam vero, cum ii jure laudarentur, qui celebritates instituerunt. Adjunctâ μὲν vehementius rem affirmat. Demosth. pro Cor. ἐγὼ μὲν τοίνυν ἔγραψα. Equidem ego scripsi.

Prac. IX. ὡς, ὥστε, *cum Particulis.*

1. Conjunctiones ὡς, ὥστε, Infinito jungunt Græci: in quo a Latinis maxime dissident. Lucian. οὐδ' ὀβολὸν ἔχει, ὥστε πρίασθαι βρόχον. Ne obolum quidem habet, ut emat laqueum.

2. Ὡς pro *quod* acceptum, Indicativo gaudet. Xenoph. Memorab. 1. ὡς οὐκ ἐνόμιζεν, οὓς ἡ πόλις νομίζει Θεούς· ποίῳ ποτ' ἐχρήσαντο τεκμηρίῳ. Quod Deos non putet, quos *putat* Civitas; qua tandem conjectura probarunt?

3. Interdum ὡς adhæret pervenuste adverbiis, tum Superlativi nominis, quod Latini quoque usurpant. Polyb. ὡς τάχιστα ἤκουσεν. Ut primum audiit. Tum etiam Positivi, cujus significationi fere nihil addit: ut ὡς ἀληθῶς, vere: ὡς ἀτεχνῶς, plane: ὡς ἑτέρως, aliter. Demosth. pro Coron. ἧς τῶν μὲν ὡς ἀληθῶς πετυχηκότων. Quam *eruditionem*, qui vere quidem consequuti sunt, &c.

4. Item ὡς μὲν, & ὡς δὲ, in membris distinctis valent, *cum*, *tum*. Nazianz. pro Basil. ἔλαφοι ὡς μὲν ἀμεγέθεις, ὡς δὲ πίονες πρόθυμοι πρὸς τὴν σφαγήν. Cervi cum proceri, tum

tum pingues ad pugnam alacres.

Appendix.

1. Particulæ ὡς, ὥσπερ, vel solæ, vel cum εἰ, & ἂν significant, *tamquam*, vel *ut si*; & adverbia potius videntur: ut ὡσεὶ, ὡσπερεὶ, ὡσανεὶ, ὡσπερανεὶ; vel rectius, ὡς ἂν εἰ, ὥσπερ ἂν εἰ. Plato. ὁμοίως ἂν ἄτοπον εἴη, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἵππον μὲν παῖδας ἡγοῖτο. Perinde turpe foret, tamquam si quis equum pueros esse existimaret.

2. Aliquando initio periodi *caussam* reddit. Chrysost. ὡς νῦν γε οὐδέν σου γένοιτ' ἂν ἀπελέστερον, &c. Nam hoc quidem tempore, nihil te fuerit vilius, &c.

3. Venusta quidem sunt illa, ὡς πρὸς ἡμᾶς, vel πρὸς ὑγίειαν (Clem. Alex.) Quantum ad nos, vel ad salutem attinet. ὡς ἐκ τῶν ἐνδεχομένων, vel ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν. (Thucyd. lib. 2.) Pro viribus.

4. Eadem Conjunctio ὧς oxytona, idem adsignificat, ac si diceres *quodammodo*. Aristot. Polit. 1. ἔστι μὲν ὧς τοῦ ἄρχοντος καὶ περὶ ὑγιείας ἰδεῖν. Ad Principem quodammodo spectat, etiam valetudini prospicere.

At sine accentu geminata valet interdum ad propositionem, & redditionem similitudinis. Clem. Alex. in Protrept. ὡς δ' οὐκ ἔστι Θεὸς ἡ ἅλως, καὶ ὡς οὐκ ἔστι Θεὸς ἡ ἶρις. Ut autem Deus non est [illegible], sic neque Deus Iris est.

C A P. XXII.

De Figurata Constructione.

1. Quæ duo sunt vitia emendatæ Orationis, *Solœcismus*, & *Barbarismus*; præcognita jam esse arbitramur ex latina Grammatica. Quæ item vitia nitorem orationis obscurent, indidem prædiscere oportuit: neque enim hic a Latinis Græci admodum

dum dissentiunt. Reliquum vero est, ut Figuras, quæ orationi addunt ornatum, græcis aliquot exemplis breviter illustremus.

1. Εναλλαγὴ, Enallage, seu *Permutatio*, figura est, quâ vel pars orationis pro parte alia ponitur: ut in eo Adagio: ἐκ τῶ ὁρᾷν γίγνεται τὸ ἐρᾷν. Ex aspectu nascitur amor. Vel accidentia orationis permutantur. Isoc. ad Nic. ταῦτα γάρ στοιχεῖα πρῶτα χρηστῆς πολιτείας ἐστί. Hæc enim fundamenta sunt prima rectæ dominationis. Sic quoque modus pro modo, tempus pro tempore, casus pro casu accipiuntur.

2. Εκλειψις, Eclipsis, seu *Defectio*, figura est, quum id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est. Julian. in epist. Δαίδαλον τῆς τέχνης ἐπαινῶ. Subaudi ἕνεκα. Dædalum ab arte laudo. Sic sæpe nomen, verbum, præpositio, reticetur.

3. Ζεῦγμα, Zeugma, seu *Adjunctio*, figura est, quum id, quod in oratione desideratur, e proximo assumitur, manente eodem genere, numero, casu, tempore, ceterisque attributis. Aristid. in Panath. τῆς χώρας τὸ μὲν ὂν πρὸς ἄρκτον ἐστὶ, τὸ δὲ ὂν πρὸς μεσημβρίαν. Regionis pars altera Septentrionalis est, altera Meridionalis.

4. Σύλληψις, Syllepsis, seu *Comprehensio*, figura est, quum id, quod orationi deest, e proximo sumitur, mutato tamen genere, aut numero, aut casu, aut tempore, aut aliquo ex ceteris accidentibus. Aristot. ἀὴρ καὶ ὕδωρ καθ' ἑαυτὰ τῇ φύσει λευκά. Aer, & aqua suâpte naturâ alba sunt.

3. Πρόληψις, Prolepsis, seu *Occupatio*, figura est, quum dictio aliqua totum significans præcessit, quæ rursus in suis partibus intelligitur, quin exprimatur. Aristot. τῶν δὲ γυπῶν δύω ἐστὶν εἴδη, ὁ μὲν μικρὸς, ὁ δὲ μείζων. Vulturum duæ sunt species, quorum altera parvorum est, altera majusculorum.

GRÆ-

GRÆCÆ LINGUÆ INSTITUTIONUM

LIBER III.

De Syllabarum Dimensione.

Quid sit tempus, quæ, quotve tempora syllaba brevis, aut longa contineat: quidque sit pes, quidque versus; satis notum ex latina Grammatica putamus.

CAP. I.

De Vocalibus, Diphthongis, Positione, Derivatione, Compositione, & Contractione.

Præc. I. De Vocalibus, & Diphthongis.

1. E Septem Græcorum Vocalibus, ε, ο fere sunt breves: η, ω fere longæ: α, ι, υ ancipites; eo tamen sensu ita dicuntur, quod in quibusdam dictionibus, ac syllabis sint longæ, in aliis vero breves.

2. Diphthongi omnes, sive propriæ sint, sive impropriæ, in græcis dictionibus censentur longæ. Batrachom. v. 2.

Ελθεῖν εἰς ἐμὸν ἦτορ ἐπεύχομαι εἵνεκ' ἀοιδῆς.

Illabere, obsecro, in meum pectus, carminis pangendi gratia.

3. Vocales omnes, ac diphthongi concurrentes, minime eliduntur. Odyss. 1. v. 16.

Σοὶ γένυς οὐ μαδῇ, ἠὲ σπανῷ τραχέα ἰούλῳ.

Tibi mentum non læve, rarave sparsum lanugine.

Geor. 1. Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

Exce-

Exceptio.

1. Diphthongi, & vocales η, ω breves fieri possunt, modo dictio subsequens inchoet a vocali, aut a diphthongo. Phavorin. apud A. Gell. Noct. Att. lib. 17. cap. 12.

Αλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Dies quandoque noverca est, quandoque parens.

Æn. 3. *Insulæ Jonio in magno*, &c.

At si vocalem alteram, aut diphthongum in eadem dictione antecedant, sæpius quidem producuntur: ut ὁ ζωὸς, vivus: ὁ λαιὸς, lævus: ὁ πρηωὼν, montis cacumen, aliaque id genus innumera. Odyss. 1. v. 11.

Και ψάμμων κόρθυς, λαιόν δέ τε ὠρίωνα.

Et arenarum acervos, lævumque Oriona.

Aliquando etiam corripiuntur: ὁ γεραιὸς, senex: μαίνεο (Aor. 2. poet. a μαίνομαι) insaniit: ἡ μαιῶτις, Mæotis: πεποίηκε, fecit: ὁ ποιητὴς, poeta: τοιαῦτα, talia: ὁ ὑὸς, filius. Musæus v. 84.

Ελκος ὑποκλέπτων ἐπεμαίνεο κάλλεϊ κούρης. ἐπεμήνατο

Vulnus celans puellæ venustate insaniit.

2. Quod in ancipitibus quoque evenit, ut ante vocalem aliam modo breves sint: ὁ κύαθος, cyathus. Modo autem longæ: ὁ πίων, pinguis: quod partim regulis, partim usu disces. Odyss. 2. v. 4.

Γαυλοὶ, κυγκνίδες, κύαθοι, σάμνοι, κυπαροί τε.

Mulctræ, crateres, cyathi, urnæ, vasaq. concava.

Ib. v. 7. Πίονα μῆλα νέμων.

Pingues oves pascens.

Appendix.

1. Quum ex diphthongis subjunctiva vocalis, quæ in themate in diphthongum coaluerat, abjicitur; anceps, quæ remanet, corripitur: ὁ ζυγὸς, pro τὸ ζεῦγος, jugum: μανία, furor, a μαίνομαι, insanio: ὁ πιθανὸς, probabilis, a πείθω, suadeo: ἡ φυγὴ, fuga, a φεύγω, fugio. Batrachom. v. 293.

E.

Ἐς δὲ φυγὴν ἐτράποντο.. ἐδύετο δ' ἥλιος ἤδη.

In fugam vertebantur. Sol autem jam occidebat.

2. Item quum diphthongus sive propria, sive impropria, aut vocalis longa, in duas syllabas dissolvitur, ancipites corripiuntur, nisi obstet positio: μελιηδέϊ, pro μελιηδεῖ, ab ὁ καὶ ἡ μελιηδὴς, dulcis. Sic ἄειδον, pro ᾖδον, ab ᾄδω, cano: ἄαγον, pro ἦγον, ab ἄγω, ago, Batrachom. v. 11.

Ὕδατι τερπόμενος μελιηδέϊ, τὸν δὲ κατεῖδε.

Aqua delectatus dulci. Hunc autem vidit.

Proferuntur quoque hic, ῥάϊστα, facillime, θρήϊκες, Thraces. *Rectius tamen duxerim cum Labbè Part. 3. Prosod. Græc. reg. 9. ea non ex contractione oriri; sed ex iis potius ortam contractionem: quod videre est in ἀΐδης*, pro ᾅδης, Pluto, *sexcentisque ejusmodi: proindeque eorum quantitas aliunde, quam ex hac regula, repetenda erit.*

Præc. II. *de Positione.*

1. Vocalis brevis producitur ante unam duplicem, vel ante duas consonantes, sive hæ sint in eadem dictione, sive altera sit in fine præcedentis, altera initio sequentis: ἡ ὀργὰς, lucus: ὁ ὅρκος, juramentum: ἡ τέττιξ, cicada: τὸ τόξον, arcus. Odyss. 4. v. 16.

Ὀργάδι ἐν ἱερῷ. Luco in sacro.

Ib. v. 31. Καὶ βλαισὸς, τραυλὸς, σιμός.....

Et valgus, balbus, simus.....

2. At si utraque consonans, aut una duplex fuerit in principio sequentis dictionis; vocalis brevis præcedens, quæ apud Latinos fere corripitur, apud Græcos modo producitur. Odyss. 2. v. 66.

Ἀλλ' ὅγ' ἀπάρμυκτος, τὸ ξύλον ὑπὸ σποδοῦ ἀχθέν.

Verum ille audax, lignum sub cinere actum.

Virg. Æn. 9.....*date tela, scandite muros.*

Modo autem corripitur. Odyss. 5. v. 45.

Κάππαους

Κάππαρις ἄρ, διάδισμα, ζάλεια, μυρίκη, ἰβίσκος.
Capparis sane, malva hortensis, laurus, myrica, malva silvestris.

Exceptio de Liquescentibus.

1. Vocalis origine brevis ante mutam, & liquidam in eadem dictione, aut in diversa, apud Græcos communis est in carmine: ὁ Ἄτλας, Atlas: ἡ κέδρος, cedrus: ἡ κέδρωσις, vitis alba: ὁ Κύκλωψ, Cyclops: ὁ Πάτροκλος, Patroclus: ὁ ὕδρος, hydrus: ἡ φαρέτρα, pharetra: κατὰ τρώγλην, per foramen. Idyll. 11.

Ω Κύκλωψ, Κύκλωψ......
O Cyclops, Cyclops......

Ibidem. Οὕτω γοῦν ῥᾶστα διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν.
Sic igitur facillime vivebat Cyclops noster.

Ba.v.52. Η καὶ τρωγλοδύοντα κατὰ τρώγλην ἐρεείνει.
Quiq. foramen subeuntem per foramen quærit.

2. Vocalem brevem interdum pro communi habent Græci, quum solam liquidam antecedit: τὸ ἔρως, amor: ὁ καλὸς, pulcher: ἡ κόρη, puella: ὁ φίλος, amicus. Idyll. 11.

Πολλάκις ὦ Πολύφαμε τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται.
Sæpe, Polypheme, non pulchra, pulchra videntur.

3. Idque quandoque contingit, etsi liquida obtineat initium sequentis dictionis: quod tamen Tironibus non facile imitandum est. Iliad. 22. v. 91.

Πολλὰ λισσομένω, ὐ δ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθον.
Multa precantes, nec Hectori animum flectebant.

4. Neque λ, & ρ dumtaxat, sed μ quoque, & ν, cum mutis junctæ, apud Græcos liquescunt; brevemque reddunt præcedentem ancipitem; quod & Latini usurparunt in quibusdam græcis dictionibus: ut ὁ Δάφνις, Daphnis: ἡ δραχμὴ, drachma: ὁ κύκνος, cycnus. Idyll. 16.

Πριαμίδας, ἢ θῆλυν ἀπὸ χροιᾶς κύκνον ἔγνω;
Quis Priamidas, aut muliebrem a colore cycnum novit?

5. Vo-

5. Vocalis naturâ brevis evadit nonnumquam communis ante literas κτ, μν, πν, & πτ: ut ὁ δάκτυλος, digitus: ὁ ἀπάλαμνος, ignavus: ὁ ὕπνος, somnus: ὁ Αἰγύπτιος, Ægyptius. Batrachom. v. 47.

Νήδυμος οὐκ ἀπέφυγεν ὕπνος, δάκνοντος ἐμεῖο.
Suavis, me mordente, non aufugit somnus.

ADMONITIO.

1. *Vocalis longa, aut diphthongus, aut anceps longa origine, quamvis mutam, ac liquidam praecedant, numquam communes fiunt.*

2. *Si vero vocalis sit naturâ brevis, id unum a Jacobo Gretsero, Gulielmo Baillio, Francisco Vergara, Alexandro Scot, aliisque, dissidet Philippus Labbè: negat enim posse vocalem brevem, vel ante unam liquidam produci; vel pro arbitrio corripi ante literas* κτ, μν, πτ. *Immo vero neque posse ait ex ingenio breviari vocales longas, ac diphthongos, sequente vocali, aut diphthongo in eadem dictione. Monetque, exempla quae proferuntur, rara admodum esse, dubiaeque fidei; vel in familiarem principibus Poetis licentiam refundi saltem debere.*

3. *Quamquam nec ille negat, nonnulla reperiri vocabula, in quibus eadem anceps modo producitur, modo corripitur: ut α in* ἀείδω, cano, ἀνὴρ, vir, Ἀπόλλων, Apollo, Ἄρης, Mars, καλὸς, pulcher: *ι in* ἱερὸς, sacer, ἴη, io, ἵλαος, propitius, ἴσος, aequalis, φίλος, amicus: *υ in* ὕδωρ, aqua, ὕω, pluo, *& in plerisque aliis, ut videre licet in Syllabo ejusdem Labbè, quem ad Artis metricae calcem describemus. Illud tamen animadvertit, referri id nonnumquam ad diversitatem accentus: ut in vocibus,* ἄρες, ἀρὲς: ἄνερ, ἀνέρ: Ἶσος, ἴσος. *Vide Labbè Part. 1. Graec. Prosod. reg. 4.*

4. *Qua quidem in re male audiunt apud doctos viros nonnulli, qui, cum vix primoribus labris mellitam graecae Poeseos suavitatem delibarint, jactitare passim audent,*

dent, licere græcis Poetis pro arbitrio ancipites modo longas, modo breves efferre, pro ut metri ratio postulat : adduntque præter rem, neque id videntes, quod paullo ante perpendimus de diverso in quibusdam vocibus accentu, illud Martialis Lib. 9. Epigram. 12.

Sed Græci, quibus eſt nihil negatum,
Et quos ἆρες, ἄρες decet ſonare;
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui muſas colimus ſeveriores.

Errorem hunc fuſius, ut par eſſet, refellere ſupervacaneum putamus; quum jam pridem vir eruditus Franciſcus Vergara docte copioſeque pro more refutaverit : ac doctiſſimos quoque habuerit ejus ſententiæ vel auctores, vel aſſeclas.

Præc. III. de Derivatis, & Compoſitis.

1. DErivata eamdem, ac Primitiva, quantitatem ſortiuntur : ut ἡ δίκη, juſtitia, ὁ δίκαιος, juſtus, τὸ δικαίωμα, juſte factum, primâ ubique brevi : νικάω, vinco, ὁ νικητὴς, victor, ἡ νίκη, victoria, primâ ubique productâ.

2. Item compoſita ſimplicium quantitatem fere imitantur : ut ἡ τιμὴ, honor, ὁ καὶ ἡ ἄτιμος, inhonorus, penultimâ productâ : ἡ θάλασσα, mare, θαλασσοπορέω, per mare ambulo, primâ correptâ.

Quædam tamen, quæ ſuæ originis naturam non ſequuntur, habebis in Syllabo Proſodico P. Labbè.

Præc. IV. de α, ι, υ priorem Compoſiti partem terminantibus.

ANceps, quæ in compoſitis terminat priorem partem compoſitionis, corripitur tum in particulis hiſce, α, αρι, βρι, δυς, ερι, ζα, παν, quæ a compoſitione ſeparari minime poſſunt : ut ὁ ἅπας, omnis : ὁ ἀριδείκετος, inclytus : βρίαω, robur in-

 do

do : ἡ δυσπιστία, diffidentia : ὁ καὶ ἡ ἐρικυδής, præclarus : ὁ ζαθεός, prædivinus : οἱ Παναχαιοὶ, præstantes Græci : οἱ πανάριστοι, longe optimi.

Tum in præpositionibus, quæ suas ancipites (nisi aliud accidat) fere corripiunt : ἐπιβόσκομαι, depascor : ἡ μετάνοια, pœnitentia.

Tum denique in nominibus, aliisque orationis partibus, quæ compositionem ineunt : ὁ καὶ ἡ μεγάθυμος, magnanimus : ὁ Μεριδαρπαξ, Meridarpax : ὁ καὶ ἡ πολύφημος, obstreperus. Iliad. 2. v. 404.

Κίκλησκεν δὲ γέροντας, ἀριστῆας Παναχαιῶν.
Vocavit autem senes, optimates omnium Græcorum.

Ba.v.54. Οὐ τεύτλοις χλοεροῖς ἐπιβόσκομαι, οὐδὲ σελίνοις.
Non betis viridibus pascor, neque apiis.

Ib.v.12. Λιμνόχαρις πολύφημος· ἔπος δ' ἐφθέγξατο τοῖον.
Lymnocharis obstrepera; verbum autem loquuta est tale.

Prac. V. de Contractione.

1. Quævis syllaba ex contractione, seu synæresi nata, sive circumflexo notetur accentu, sive non, longa erit : οἱ βότρυς, pro βότρυες, botri : τῷ ὄφι, pro ὄφιϊ, serpenti : τίμα, pro τίμαε, honora.

2. Si tamen per syncopen ex aliqua syllaba subtrahatur litera, anceps brevis est : ut τὰ κλέα (ultimâ brevi) pro κλέεα, celebria facinora : οἱ κόρις (ultimâ correptâ) pro κόριες, cimices. Apollon. lib. 1.

Ἀρχόμενος σέο Φοῖβε παλαιγενέων κλέα φωτῶν
Μνήσομαι, &c.
Incipiens a te, Phœbe, priscorum facta virorum
Exequar, &c.

CAP. II.

CAP. II.

De Ancipitum quantitate in Verbis.

Præc. I. de α, ι, υ universe in Præsentis penultima.

1. QUanta est penultima anceps in Præsenti Indicativi; tanta erit in Præsenti, & Imperfecto modorum omnium: ἁνδάνω, placeo, ἥνδανον, α brevi: κρίνω, judico, ἔκρινον, ι longo: ἰρύκω, impedio, ἤρυκον, υ quoque producto.

2. Ancipites ι, & υ, quum initio Imperfecti, Aoristorum, ac Præteritorum augmenti temporalis vicem agunt, fere producuntur; licet initio Præsentis breves sint: ut ἵκανον, ab ἱκάνω, venio: ἴαχον, ab ἰάχω, strepo: ὕβριζον, ab ὑβρίζω, injuriâ afficio. Batrach. v. 46. .... ἐ πόνος ἵκανεν ἄνδρα.

.......nec dolor tenuit virum.

Interdum vero retinent quantitatem Præsentis. Iliad. 2. v. 171.

..... ἄχος κραδίην καὶ θυμὸν ἵκανεν.

..... dolor cor, & animum tenuit.

Præc. II. de α in Præsentis penultima.

1. BReve habent α verba in άω, άγω, άνω, άφω, άχω; & ante reliquas consonantes: ut ἀρισάω, prandeo, ἄω, spiro, ζάω, vivo: ἄγω, ago, σωάγω, circumago: ἁνδάνω, placeo, βλαςάνω, germino, λαγχάνω, sortior: γράφω, scribo: ἰάχω, clamo. Iliad. 1. v. 24.

Ἀλλ' ἐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ.

At non Atridæ Agamemnoni placebat animo.

Exceptio.

1. Ex verbis in άω excipiunt Grammatici, κάω, accendo, κλάω, frango; & quæ aut vocalem, aut ρ habent ante α: ut ἐάω; sino: βοάω, clamo: πε-

ῥάω, transeo; exceptis ex Labbè part. 3. r. 13. ἐψιάω, colludo, & ἀμφιάω, amicio (quod tamen nusquam reperi), quæ α corripiunt.

2. Excipiunt item ex verbis in άνω, ἱκάνω, venio, κιχάνω, assequor, φθάνω, præoccupo (quod licet producatur Iliad. 9. v. 517. fere alibi corripitur. Vide Labbè part.3. reg. 12.) Iliad. 2. v.17.

Καρπαλίμως δ' ἵκανε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν.

Statim autem pervenit ad celeres Græcorum naves. Iliad. 9. v. 517.

Πολλὸν ὑπεκπροθέει· φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν.

Longe præcurrit; antevertit tamen omnem per terram.

Præc. III. de ι, & υ in Præsentis penultima.

1. VErba in ίω, & ύω communia sunt: ut κυλίω, volvo: τίω, honoro: λύω, solvo: θύω, sacrifico; de quibus sigillatim in Syllabo. Odyss. 13. v. 129.

Τιμήεις ἔσομαι, ὅτε με βροτοὶ οὔτι τίουσι.

Honoratus ero, cum mortales me minime colant.

2. At quæ in ίνω, ύδω, ύνω, ύρω, ύχω, & ύφω desinunt, penultimam producunt saltem in Præsenti, & Imperfecto modorum omnium: κλίνω, inflecto: κρίνω, judico: ὕδω, poet., cano: ἀμύνω, propulso, δύνω, subeo, ἰθύνω, dirigo: κύρω, nanciscor, φύρω, misceo: τρύχω, attero: τύφω, fumum excito; de quibus etiam in Syllabo. Odyss. 8. v. 525.

Ἄστεϊ καὶ τεκέεσσιν ἀμύνων νηλεὲς ἦμαρ.

Ab urbe, ac liberis propulsans crudelem diem.

Præc. IV. de α, ι, υ in penultima Aoristi 2., Futuri 2., & Præteriti medii.

1. ANceps in penultima Aoristi 2. fere corripitur: ut ἴκανον (quod cum corripitur, Aoristus est, teste Labbè p. 3. r. 4., non Imperfectum, ut aliqui volunt) ab

ab ἱκάνω, venio: ἵκανον, a μανθάνω, disco: ἔλιπον, a λείπω, relinquo: ἔφυγον, a φεύγω, fugio. Batrachom. v. 46.

Καὶ πτέρνης λαβόμην, κ᾽ οὐ πόνος ἵκανεν ἄνδρα.

Et calcaneum prehendi, nec tenuit dolor virum.

Ba. 101. Ὡς δ᾽ ἔμαθον τὴν μοῖραν, ἔδυ χόλος αἰνὸς ἅπαντας.

Ut autem mortem didicerint, gravis ira omnes subiit.

3. Verum an hæc omnia ita habeant, & an appingendi omnino sint Spirituum apices, proferendique (quod multi in dubium vocant) statuere supersedemus, quemadmodum de Accentibus fecimus. Nonnulla dumtaxat de Spiritibus inscribendis, ut hodie in usu sunt, in universum trademus præcepta: quæ vero sigillatim vocales ac diphthongi Spiritum lenem, quæ asperum initio sibi vindicent, ex accuratiore Scriptorum lectione, aut ex Lexiographorum usu repetendum erit; aut, si placet, ex iis Tabulis, quas hac super re confecit Alexander Scot *part.* 4. *Gramm. pag.* 845 *usque ad pag.* 857 ex Urbano, & Antesignano; nisi forte ii suos de Spiritibus canones ex Georgio Zigabeno antiquissimo Grammatico (cujus libellum *de Spirit.* manu exaratum se vidisse testantur P. Baillius, & Gesnerus in bibliotheca Imperatoris) descripserint, quod vero similius noster Baillius *ibid.* putat.

Præc. I. Regulæ Generales de Spiritibus.

1. Spiritus nominativi asservatur in obliquis: ut ἀγγελιαφόρος, tabellarius, ἀγγελιαφόρου.

2. Spiritus quoque Præsentis verborum idem remanet in reliquis temporibus: ut ᾄδω, cano, ᾖδον: ἁμαρτάνω, pecco, ἥμαρτον. Excipe Fut. 1. ἕξω, & Participale ἑκτέον; ab ἔχω, habeo.

3. Derivativa, quæ Primitivorum retinent initium, eorum quoque ſpiritum fere ſervant: ut ὄπτομαι, video: ὄμμα, oculus: ἵπποϛ, equus: ἱππάζω, equito: ἱππεὺϛ, eques. Pauca excipiuntur, quæ uſu diſces.

Præc. II. Quæ leni notentur Spiritu.

1. LEvigatur I α privativum: ut ἀληθὴϛ, verus: ἄπαιϛ, ſine liberis: præter ἡ ἅλυσιϛ, catena, cum ſuis, & ὁ ᾅδηϛ, Pluto.

II præpoſitiones: præter ὑπὸ, & ὑπέρ.

III conjunctiones; paucis exceptis, ut ἵνα, ὅπωϛ. His adde adverbium ἕνεκα, quod & ἕνεκεν, εἵνεκα, ἕνεκα efferunt Poetæ.

IV pronomina ab ε inchoata: præter ἓ, ſe, cum compoſito ἑαυτοῦ, ſuiipſius: & ἕθεν, & εἷο, pro οὗ, ſui: & ἑὸϛ, pro ὃϛ, ſuus.

V levigatur denique augmentum ε præpoſitum conſonantibus; præter ἕστακα, & ἑστάκειν, ab ἵστημι, ſiſto; Attice vero poſitum ſpiritum Præſentis aſſervat: ut οἰνοχοέω, vinum infundo, ἑῳνοχόεον: ὁράω, video: ἑώρακον.

Præc. III. Quæ Spiritu aſpero præſignentur.

I ASperantur I articuli ὃϛ, qui: ὁ, hic: nam ὦ articulus non eſt, ſed adverbium vocandi.

II numeralia nomina: præter ὀκτὼ, octo, ἐννέα, novem, εἴκοσι, viginti, cum ſuis: ut ὄγδοοϛ, octavus, ἔννατοϛ, nonus, εἰκοστὸϛ, viceſimus.

III pronomina etiam, quæ ab alia vocali, quam ab ε incipiunt: ἡμέτεροϛ, noſter, ὅδε, hic. Levigatur tamen αὐτὸϛ, pro ipſe. At αὑτοῦ, pro ἑαυτοῦ, ſuiipſius, aſperi notam habet.

IV relativa, vel redditiva per aphæreſim conſonantis facta: ut τόσοϛ, ὅσοϛ, tantus, quantus: τηνίκα, ἡνίκα, quando, quum; præter τῆμοϛ, ἦμοϛ, tum, quum. V di-

V dictiones omnes ab ὑ, aut ῥ incipientes : ut τὸ ὕψωμα, cacumen : ἡ ῥυτὶς, ruga. At si in medio dictionis geminetur ρ ; unum leni spiritu, alterum aspero afficiendum est : ut ἔῤῥωσο, vale.

VI ceterum hoc in universum dici potest, vocales alias ac diphthongos Spiritu leni magis, quam aspero gaudere.

Præc. IV. Qua ratione ad Latinos veniat Spiritus asper Græcorum.

NOn videtur id silentio prætereundum ; quum utilitatis multum tum græcæ, tum latinæ linguæ studiosi haurire inde possint.

1. Exprimitur igitur fere per aspirationem *h* : ut ἧπαρ, hepar : ἥρως, heros : ὅμηρος, Homerus.

2. Nonnumquam per *s* : ἕξ, sex : ἑπτὰ, septem : ὑπὲρ, super : ὑπὸ, sub : ὗς, sus : ἕρπω, serpo : ἕρπυλλον, serpyllum.

3. Rarius per *v* consonum : ἡ ἑσπέρα, vespera : ὁ ἕσπερος, vesper : ἕλλω, vello : ἑνετὸς, Venetus.

4. Aliquando etiam lenis Spiritus in *v* consonum latine migrat : ut ἡ ἐσθὴς, vestis : τὸ ἦρ, ver.

Appendix.

1. Recte adnotat P.Labbè *de Acc.græc.pag.* 117. Græcos, quum suavissimæ pronuntiationis admodum studiosi fuerint, solitos fuisse aspiratam literam ob alterius aspiratæ concursum mutare in tenuem ; & contra tenuem aliquando in aspiratam : ut ἡ θρὶξ, capillus, genitivum format τριχὸς. Ubi vides propter advenientem aspiratam χ, initialem aspiratam θ in suam tenuem τ migrare : quæ tamen in dativo multitudinis θριξὶ remanet, quum nullus sit plurium aspiratarum concursus. Item ταχὺς, celer, in comparativo habet θάσσων, non τάσσων. Ubi aspiratio, quæ e secun-

da syllaba tollitur, mutatione tenuis τ in aspiratam χ, quodammodo compensatur.

2. Id vero multo sæpius in verbis accidit: & I in Aoristis 1. Imperat. vocis passivæ, in quibus ultima per τ, non per θ scribitur; nam secunda syllaba aspiratam fere habet: ut πράχθητι, τύφθητι (quod contra evenit in Aor. 2. τύπηθι). Adde præsens τίθετι, quod vitiose scribes τίθεθι. II in Futuris quibusdam primis: ἔχω, habeo, ἕξω: τρέχω, curro, θρέξω: τύφω, inflammo, θύψω: τρέφω, nutrio, θρέψω, ἔθρεψα, τέθραμμαι; at ἐτράφην, alitus fui, ac τέτροφα, alui, per τ. III in Præteritis: φρίσσω, horreo, πέφρικα. IV in quibusdam Aor. pass. nam a θύω, macto, fit ἐτύθην: a τίθημι, pono, ἐτέθην: a θάπτω, sepelio, ἐτάφην, & Fut. pass. ταφήσομαι.

CAP. XI.

De Patronymicis.

1. PAtronymica aut sunt masculini, aut feminini generis. Masculina vel in δης desinunt, & sunt primæ Simplicium: ut ὁ Πριαμίδης, Priamides, τοῦ Πριαμίδου; vel exeunt in ων, & sunt quintæ: ut ὁ Πηλείων, Pelion, τοῦ Πηλείωνος.

2. Feminina desinunt vel in ας, ις, & ις, & sunt quintæ Simplicium: ut ἡ Ἰλιάς, Ilias, τῆς Ἰλιάδος: ἡ Πριαμις, Priamis, τῆς Πριαμίδος: ἡ Τυνδαρίς, Tyndaris, τῆς Τυνδαρίδος; vel exeunt in νη, & sunt secundæ: ἡ Ἀδραστίνη, Adrastine, τῆς Ἀδραστίνης.

3. Masculina vero in δης formantur, vel a recto primæ Simplicium: ut ab ὁ Αἰνείας, fit ὁ Αἰνειάδης, Æneides; vel a genitivo tertiæ: ut a Πριάμου, fit ὁ Πριαμίδης, Priamides; vel a dativo quintæ: ut a Νέστορι, deducitur ὁ Νεστορίδης, Nestorides.

Desinentia autem in ων (quæ sunt Jonicorum propria) formantur modo a suis Primigeniis: ὁ Ἰαπετός, Japetus, ὁ Ἰαπετίων, Japetion; modo ab ipsis Patrony-

tronymicis in είδης : ὁ Πηλείδης , ὁ Πηλείων , Pelion.

4. Feminina in ις , & ας fiunt a suis masculinis, expuncta syllabâ δη : ὁ Πριαμίδης , ἡ Πρίαμις , Priamis : ὁ Ιλιάδης , ἡ Ιλιὰς , Ilias. At quæ in ίνη exeunt, fiunt a genit. sui masc. τῦ Αδράςυ , ἡ Αδραςίνη .

Appendix.

1. Quædam Patronymica tum primæ , tum quintæ Simplicium interponunt α : ut ὁ Λαερτίδης , & Λαερτιάδης , Laertiades , a Λαέρτης , Laertes : ὁ Αμφιτρυωνίδης , & Αμφιτρυωνιάδης , Amphitryoniades , ab Αμφιτρύων , Amphitryon. At ὁ Ιαπετιονίδης , Japetionides, longius ab hac norma recessit .

2. Feminina in ις , ut Αἰνηΐς , Æneis , ἡ Αχιλληΐς , Achilleis , deducuntur a masculinis Jonicis in ηίδης desinentibus : ut Αἰνηΐδης , pro Αἰνείδης : Αχιλληΐδης , pro Αχιλλείδης . Consule latinam Syntaxim.

CAP. XII.

De Dialectis .

QUatuor numerantur græcæ linguæ Dialecti , pro numero præcipuarum Græciæ gentium , quæ a communi lingua non nihil discrepabant : eæ sunt Æolica , Attica, Dorica , Jonica . Quum vero tanta sit in hisce Dialectis varietas , ut certis legibus comprehendi mutationes omnes vix possint ; quæ præcipuæ sunt , hìc seligentur ; reliquas consultius fuerit , pro ut se dederint , e græcis Lexicis repetere : vel si vacat , vide Plutarchum *de Dialect. Homeri* , Joannem Grammaticum , Tryphonem , & Corinthum *de Dialect. Græc.* ad calcem II Tom. Lexici a Joanne Crispino Atrebatio editi 1562 ; vel Angelum Caninium apud Scot *pag.* 13, *& seq.* , ac PP. Labbè , Gretserum *de Dialectis* , aliosque.

Præc. I.

Præc. I. de Æolica Dialecto.

ÆOlica dialectus pronunciatu ſuaviſſima fere eſt, ideoque I ſpiritum aſperum vertit in lenem: ἤλιος, pro ἥλιος, Sol. II β præponit literæ ῥ: ut βρόδον, pro ῥόδον, roſa. III accentum in priores ſyllabas retrahit: κάλος, pro καλὸς, pulcher. IV conſonantem ſequentem geminat pro ι: σπέῤῥω, pro σπείρω, ſero. V interſerit α in genitivis primæ, & ſecundæ Simpl. Αἰνείαο, Αἰνειάων, μυσάων. VI in dat. plural. quintæ ſervat terminationem dat. plur. ſecun. Simpl. τοῖς γερόντοις, a γέρων, ſenex. Reliqua hic habes. Vertunt itaque Æoles

α in ε : χρέτος, pro κράτος, vis.
ας in αις : μέλαις, pro μέλας, niger.
ο in ω : ὅμοιος, pro ὁμοιός, ſimilis.
ε in ω : μῶσα, pro μοῦσα, muſa.
ω in ο : γέλος, pro γέλως, riſus.
θα in θεν: τυπτόμεθεν, pro τυπτόμεθα, verberamur.
μμ in ππ : ὄππατα, pro ὄμματα oculi.
μεν in μες: τύπτομες, pro τύπτομεν, verberamus.

Præc. II. de Attica Dialecto.

1. ATtica dialectus hæc fere habet peculiaria. I gaudet eliſionibus, & contractionibus: ποιῶ, pro ποιέω. II vocativum reddit recto ſimilem: ὦ Αἰνείας, ὦ Αἰνεία. III adjectiva ος finita, præſertim compoſita, effert communi genere: ὁ, καὶ ἡ πάμφιλος, omnibus carus. IV pronomini ἐγὼ dictionem γε addit: ἔγωγε. V adnectit ι pronominibus demonſtrativis: ὁυτοσί, hic.

2. Formit a poſitivis in ος comparativa, & ſuperlativa, modo per ερος, εςατος: ut ἄκρατος, incontinens, ὁ ἀκρατέςερος, ἀκρατέςατος; modo per αίτερος, αίτατος: ut ἥσυχος, quietus, ἡσυχαίτερος, ἡσυχαίτατος:

τος : modo denique per ιϛερος, ιϛατος : ὀλίγος, parvus, ὀλιγίϛερος, ὀλιγίϛατος, per syncopen ὀλίγιϛος.

3. In Perfectis verborum utitur ει pro augmento λε, με, ερ : ut εἴληχα, pro λέληχα, a λέγω, dico ; εἵμαρμαι, pro μέμαρμαι, a μείρομαι, sortior : ἔῤῥιφα, pro ῥέῤῥιφα, a ῥίπτω, projicio.

4. Verbis incipientibus ab ο, vel ω præfignat ε, manente spiritu præsentis ; ὁράω, ἑώρακον.

5. Syllabicum augmentum mutat in temporale : ἔτυπτον, ἤτυπτον : & temporale η resolvit in εα : ἄγω, ago, ἦγον, ἔαγον.

6. Verbis inchoantibus ab α brevi, vel ε, vel ο, præfigit Præterito communi duas priores literas Præsentis : ἀγείρω, congrego, ἤγερκα, ἀγήγερκα : ὄλλω, pereo, p. m. ὤλα, ὄλωλα : ἐρίζω, contendo, ἤρικα, ἐρήρικα.

At si præteritum attice jam factum trium syllabarum numerum excesserit, ejusque tertia ab initio syllaba esset naturâ longa ; hac mutatione corripit.

η in ε : ἀλήθω, molo, ἤληκα, ἀλήλεκα.
ω in ο : ἐρωτάω, quæro, ἠρώτηκα, ἐρηρότηκα.
ει in ι : ἀλείφω, ungo, ἤλειφα, ἀλήλιφα.
ευ in υ : ἐλεύθω, venio, ἤλευθα, p.m. ἐλήλυθα.
οι in ο : ὁμοιάζω, paro, ᾤμοιακα, ὀμώμοκα.
ου in ο : ἀκούω, audio, ἤκουκα, ἀκήκοκα.

8. Quod si tertia syllaba longa sit positione, nulla intercedit mutatio : ἤγερκα, ἀγήγερκα.

8. Item in verbis, quorum Præteritum geminatam jam habet Attice syllabam, tribuit Plusquamperfecto augmentum temporale : ἠκηκόειν, ab ἀκούω, pro ἀκηκόειν. Mutationes reliquæ sic fiunt.

α in ω : τώ, pro τά, hæc.
ο in ω : δωτὴρ, pro δοτὴρ, dator.
αι in α : ἑταρος, pro ἑταῖρος, amicus.
ει in ε : ἐς, pro εἰς, in.
σ in ξ : ξὺν, pro σὺν, cum.
ρ in ρ : θάῤῥος, pro θάρσος, fiducia.

σσ in

σσ in ττ : θάλαττα, pro θάλασσα, mare.

Mutationes Verborum propriæ.

ειν plusq. perf. in η: ἐτετύπη, pro ἐτετύπειν.
ει plusq. perf. in η: ἐτετύπη, pro ἐτετύπει.

εισαν Plusq. in εσαν: ἐτετύφεσαν, pro ἐτετύφεισαν.

έτωσαν Imp. in όντων: τυπτόντων, pro τυπτέτωσαν.
άτωσαν Imp. in άντων: τυψάντων, pro τυψάτωσαν.

ειν infin. in μεναι: τυπτέμεναι, pro τύπτειν.

μμαι Perf. p. in σμαι: πέφασμαι, pro πέφαμμαι.
σμαι Perf. p. in δμαι: πέφραδμαι, pro πέφρασμαι.

Prae. III. de Dorica Dialecto.

1. QUamplurimas literarum mutationes Dorica dialectus sibi vindicat; quas hic habes.

η [in α]: ἁμέρα, pro ἡμέρα, dies.
ε [in α]: πιάζω, pro πιέζω, premo.
ω in α: πρᾶτος, pro πρῶτος, primus.
ει [in α]: κλᾷς, pro κλεὶς, clavis.
ειν in εν: τύπτεν, pro τύπτειν, verberare.
ειν in ην: τύπτην, pro τύπτειν, verberare.
α in η: ὅρη, pro ὅρα, vide.
α in η: ζῆν, pro ζᾷν, vivere.
ου [in ω]: μῶσα, pro μοῦσα, musa.
ο in ω: ὤρεα, pro ὄρεα, montes.
ε [in ω]: ὥνεκα, pro ἕνεκα, propterea.
ει in αι: αἴθε, pro εἴθε, utinam.
ου in ευ: ἀλεῦμαι, pro ἀλοῦμαι, caveo.
ου in οι: τύπτοισα, pro τύπτουσα, verberans.
ζ in σδ: συρίσδω, pro συρίζω, cano fistula.
θ in σ: Σεὸς, pro Θεὸς, Deus.
κ in τ: τῆνος, pro κεῖνος, seu ἐκεῖνος, ille.
ν in ς: τύπτομες, pro τύπτομεν, verberamus.
σω in σῶ: κλασῶ, pro κλείσω, claudam.
σ in τ: τὺ, pro σὺ, tu.

2. Vertit quoque ε gen. primæ Simp. in α: τῶ Αἰνέα. Inserit α gen. pl. primæ, & secundæ Simp. Αἰνεάων, μουσάων.

3. Utun-

3. Utitur literis geminatis : ὅττι, pro ὅτι, quod. *Hac dialecto usi sunt veteres hujusce Urbis accolæ, ut eruitur ex inscriptionibus recens hic repertis.*

Præc. IV. de Dialecto Jonica.

DIalecti Jonicæ proprium est I diphthongos, & contractiones resolvere : πάϊς, pro παῖς, puer: φιλέω, pro φιλῶ, amo. II consonantes, quæ forte vocalibus intercipiuntur, subtrahere : ἱσαὼς, pro ἱσακὼς. III addere ε ante alteram vocalem, aut diphthongum : ἀδελφέος ; pro ἀδελφὸς, frater. IV augmenta omittere : τύπτον, pro ἔτυπτον. V augmentum Præteriti temporis Præsenti tribuere : πεπέχω, pro πάτπω, colloco. VI retinere π, κ, τ, ubi mutatio in aspiratas φ, χ, θ, facienda esset : ἀπαιρεῦμαι, pro ἀφαιρεῦμαι, auferor. Cetera hic vides. Vertunt itaque Jones

α in η :	φιλίη,	pro φιλία ; amicitia.
α in ε :	ἔρσην,	pro ἄρσην, mas.
α in ω :	ὤνθρωπος,	pro ἄνθρωπος, homo.
ε in α :	μέγαθος,	pro μέγεθος, magnitudo.
η in εαι :	τύπτεαι,	pro τύπτῃ, vapulas.
αις dat. pl. in ησι :	τιμῇσι,	pro τιμαῖς, honoribus.
οις dat. pl. in οισι :	λόγοισι,	pro λόγοις, sermonibus.
ου in εο :	ἐτύπτεο,	pro ἐτύπτου, vapulabas.
μεθα in μεσθα :	τυπτόμεσθα,	pro τυπτόμεθα, vapulamus.

A D M O N I T I O.

SUnt qui putant, fas esse in quovis carminum genere Dialectos omnes usurpare promiscue. At quam vehementer errent, ex eo colligere licet, quod, ut monet eruditissimus Labbè de Dialect. Græc., peculiarem sibi dialectum delegerint Græci Poetæ pro carminis ratione. Epici quidem, sive Heroici usi sunt Jonica : Dorica Bucolici : Lyrici tum Dorica, tum Æolica ; Attica denique Comici, Tragicique. Caveant itaque Tirones a principi-

principibus in unoquoque genere Poetis discedere: ab Homero videlicet, Hesiodo, Musæo, & Callimacho in Heroicis: in Bucolicis a Theocrito: a Pindaro, Archilocho, Sappho, Alcæo, Alcmane, Anacreonte, Stesichoro, Bacchylide, Ibyco, ac Simonide in Odis: in Tragœdia ab Æschylo, Sophocle, atque Euripide; a Menandro, Posidio, Apollodoro, Alexide, ac Aristophane demum in Comœdia perscribenda. Itaque communes omnibus fere Poetis phrases, ac figuræ usurpentur quidem, modo nihil contra peculiares singulorum generum offendatur: ne puerilis quadam Jonismorum, Dorismorumque permixtio stomachum moveat, ac risum.

Neque illud omittendum est, dialectorum alias utiles esse, inutiles alias; alias demum obsoletas. Utiles dicimus, quæ syllabarum quantitatem vel breviant, vel extendunt; aut quavis alia ratione condenti carmina opem ferunt. Inutiles vero, quæ eamdem omnino, atque communis dialectus, quantitatem ac venustatem habent, quas perinde fuerit nosse Tirones, ac ignorare. Eas denique obsoletas dicimus, quibus unus aut alter, nec magni quidem nominis Poeta, semel aut iterum usus est. Primi quidem generis dialectos in loco ac tempore identidem usurpare, omnino licet; a secundo vero ac tertio dialectorum genere, Tirones abstineant.

CAP. XIII.

De Orthographia.

Præc. I. Regulæ Orthographiæ universaliores.

1. MAjores literas præfigunt Græci nominibus hominum, locorum, regionum, fluminum, &c.; & in iis, quæ orationem, vel periodum inchoant: quamquam ea in re nec adeo religiosi videntur, ut docet Gretf. *lib.* 1. *cap.* 1. Sunt qui singulis versibus majusculas apponunt literas: verum undeunde illud hauserint, minime necessarium videtur, ut tradit Labbè *de Acc. Græc.*

Græc. pag. 26.; nisi in librorum, poematum, epigrammatum, atque stropharum initio.

2. A majoribus literis Spiritus, & Accentus vel expunges cum Labbè *de Acc. pag.* 26. ΑΝΔΡΑ; vel, si libet, cum Baillio appinxeris *pag.* 786. ut Α'ΝΔΡΑ.

3. Item ι, quod in diphthongis impropriis subscribitur; in majoribus literis ad latus adscribitur: ΤΗι ΗΜΕΡΑι.

4. Quum vocales, quæ fere in diphthongum coalescunt, dividendæ sunt, duplici apice notantur: ἄϋπνος, insomnis: πάϊς, pro παῖς, puer.

5. Huc pertinet est Hypodiastole, scilicet nota inter articulos interjecta: ὅ, τε, & ille: τό, τε; & illud: ὅ, τι, quod. Eo consilio hoc factum putant Baillius, Gretlerus, Labbè, Vigerus, &c., ut distinguantur ab adverbiis temporis, ὅτε, quando, τότε, tunc; atque a conjunctione ὅτι, quod.

6. Nec videntur præter rem locumque huc conjecta, quæ sequuntur. Adjectiva neutra, quum adverbia fiunt, eumdem accentum servant: ἡδὺ, jucunde: πολλά, multum: δεινὰ βλέπει, torvum tuetur.

7. Quædam adverbia ex nominibus articulisque conflata, modo plures, modo unam dictionem constituunt: ἐπὶ τὸ αὐτὸ, & ἐπιτοαυτὸ, simul: καθ' ὅτι; & καθότι, quatenus: τὸ πρῶτον, & τοπρῶτον, primo.

8. Adverbia e dativis secundæ Simplicium deducta sibi subscribunt ι ex Labbè *de Acc. pag.* 34: ut βίᾳ, per vim: δημοσίᾳ, publice: ἐκείνῃ, illic: οὐδαμῇ, nusquam.

9. Adverbia in δον, ει, ι, ξ exeuntia, ultimam fere acuunt: βοτρυδὸν, racematim: ἀγεληδὸν, gregatim: αὐτοβοεὶ, illico: αὐτολεξεὶ, iisdem verbis: ἀωρεὶ, intempestive: λάξ, cum calcibus: ὀδάξ, mordicus. Excipe ex Labbè *de Acc. græc. pag.* 83. ἅπαξ, semel: ἄναντα, & ἐπέναντα, coram: ἐκεῖ, (per apocopen ab ἐκείνῃ) illic, & cetera Loci adverbia, quæ accentum Primitivorum servant: ἑτέρωθι, alibi, ab ἑτέρως: ἀγρόθι, rure, ab ἀγρός.

Ultimam quoque acuunt dictiones peregrinæ: Ἀδάμ, Adam:

Adam : Ἰωσὴφ, Joseph : Κλαυδιανὸς, Claudianus.

10. At Adverbia in άκις, & in δην acuunt penultimam : τοσάκις, toties : ἑπτάκις, septies : ἄρδην, penitus : διαῤῥήδην, diserte.

11. Quæ vero in οθεν exeunt, originem sequuntur. Sic ab ἀγρὸς fit ἀγρόθεν, ex agro: ab ἐγγὺς, ἐγγύθεν, cominus: ab οὐρανὸς, οὐρανόθεν, cælitus. Contra vero ab ἄλλος fit ἄλλοθεν, aliunde : ab οἶκος, οἴκοθεν, domo : a παιδίον, παιδίοθεν, a pueritia. Exceptis ex Labbè *pag.* 83. κυκλόθεν, omni ex parte : ποντόθεν, a mari ; nisi forte Librariorum mendo hæc & similia irrepserint. His adde πάντοθεν, undique, nisi derives a πάντων.

12. Quum præpositio suo casui postponitur, accentum rejicit in penultimam : ut τούτων πέρι, de his.

13. Item præpositiones ἐκ, seu ἐξ, & adverbium οὐ, in fine periodi, seu versus, notantur acuto : ut προφήτης εἶ σύ ; οὔ. Propheta es tu ? non.

Monet Labbè ibid. pag. 119. in Bibliis Regiis, ac Plantinianis porrectam in longum lineolam, quæ apud Latinos tempus longum designat, imponi tum nominibus propriis, quorum initio præfixa non fuerit major litera : ut παῦλος, *pro* Παῦλος, Paulus ; *tum dictionibus in compendium redactis : ut* κ̄ς, *pro* Κύριος, *Dominus :* χ̄ς, *pro* Χριστὸς, *Christus :* σ̄ρ, *pro* Σωτὴρ, Salvator.

Præc. II. de Interpunctione, & de Consonantium nexu.

1. SUa sunt Græcis commata, sua puncta. At id fere a Latinis diffident, quod, quum illi duobus punctis, seu puncto & commate utuntur ; hi punctum unum ad superiorem literæ partem adscriptum adhibent. Simonides apud Stobæum in comparat. vitæ, & mortis, quod legitur *in libell. de fragm. Poet. Lyric. pag.* 130.

Βιοτῆς μὲν γὰρ χρόνος ἐστὶ βραχύς· κρυφθεὶς δὲ
ὑπὸ γῆς κεῖται θνητὸς τὸν ἅπαντα χρόνον.

Vitæ

Vitæ enim tempus est breve ; at absconditus
Sub terra jacet mortalis in æternum ævum.

Quod vero apud Latinos indicat semicolon ; hoc Græcis est nota interrogationis . Anacr. *in Fragm. Lyr. pag.* 82. *Od.* 41. *de Convivio.*

Πόθεν οἴδαμεν τὸ μέλλον ;
ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος .
Unde futura noverimus ?
Sua mortalibus vita cæca est.

2. Ad veram orthographiam facit intelligere , qua ratione inter se connectantur consonantes, scilicet mutæ , liquidæ , ac duplices. Ut ergo de mutis primo dicamus: si duæ mutæ simul conjungi debeant, necessario tenuis præcedet tenuem , vel suam affinem aspiratam : media mediam ; aspirata denique aspiratam. Quamquam non quævis quamlibet antecedit; nam τ , δ , θ numquam primam inter affines , sed secundam fere tenent sedem. En tibi schema.

πτ		φτ		τέτυπται ,	vapulat.
πφ		φφ		Σαπφὼ ,	Sappho.
βδ	pro	πδ	ut	ἕβδομος,	septimus.
γδ		κδ		ὄγδοος ,	octavus.
φθ		πθ		ἐτύφθην ,	vapulavi.

Præterea tenuis , vel media potest similem præcedere ; aspirata vero numquam similem præit . Male enim diceres ex Antesignano *de Orthog.* apud Scot *part.* 1 *Gram. pag.* 4. Σαφφὼ , sed Σαπφώ. En schema.

	ππ		ἵππος,	equus.
Tenues	κκ	ut	ἐκκλησία ,	ecclesia.
	ττ		γλῶττα ,	lingua.
	ββ		ὑββάλω ,	(dorice)subjicio.
Mediæ	γγ	ut	ἄγγελος ,	nuntius.
	δδ		ἄδδην ,	multum.

Jam vero mutæ duabus interjectæ vocalibus

(modo eadem muta non geminetur, ut ἵπ--πος, aut tenuis aspiratam præcedat, ut Σαπ-φὼ) ad sequentem syllabam pertinent: ut τύ-πτω: ἐτύ--φθην. Præter γδ ut quibusdam placet, quòd nulla apud Græcos dictio ab illis incipiat: unde divides ὄγ--δοος.

At in dictionibus compositis (ut ἐκ ῥέω, effluo) κ exempli causâ ad præcedentem partem compositionis pertinet: ἐκ--ῥέω: ἐκ-γείνομαι, nascor.

3. Liquidæ λ, μ, ν, ρ, quum consonantem præcedunt, numquam ad sequentem syllabam pertinent: ἄρ--τος, panis.

At quum consonantem sequuntur, tum ipsæ, tum præcedens consona ad sequentem syllabam trahuntur: μη-τρὸς, matris: βα--θμὸς, gradus: ἄ--σθμα, anhelitus: ἐ-σθλὸς, bonus.

Quum vero aliam sequuntur liquidam, dividendæ sunt: ἅρ-μα, currus. Excipe liquidas μν, quæ duæ ad sequentem syllabam pertinent, nec dividuntur: ἀ μνὸς, agnus.

Denique si liquidæ sequantur duas consonantes, quæ per se traherentur ad sequentem syllabam, cum liquida conjunctæ ad sequentem omnes quoque trahentur: ἄ στρον, astrum.

5. Duplices numquam inveniuntur in principio dictionis conjunctæ cum aliqua consonante. Proinde in media dictione positæ inter duas vocales, cum aliqua consonante non possunt ita conjungi, ut ad sequentem syllabam spectent: ἕλ--ξις, tractus, non ἕ-λξις: ἑξ-πυς, sex pedum, non ἕ-ξπυς. At duplex ξ in compositione ad præcedentem partem compositionis pertinet: ἐξ--άγω, abduco.

C A P. XIV.

De Veteri Græcorum Pronuntiatione.

1. GRæcas literas invenisse Cadmum (unde ab Ausonio *ep.* 7. *v.* 52 literæ dicuntur *Cadmi filiolæ atricolores* & *ep.* 4. *v.* 72, *Cadmi nigellæ filiæ*) eumque

que floruisse sub antiquissimam Mosis ætatem, refert Joannes Meursius *de Regibus Athenien∫. lib.* 1. *cap.* 5: idque colligit ex Lyco in Opere *de Thebis*, ex Isaacio Tzetze *in Comment. ad Lycophronem* apud Gronovium *Vol.* 4. *pag.* 1029. Nisi verius ille omnium primus e Phœnicia in Græciam literas invexit, ut tradunt Aristoteles apud Plinium *lib.* 7. *c.* 57. Tacitus, Tzetzes, Hyginus, Gisbertus Cuperus *in Apoth. Hom.* apud Polenum *in Suppl. Vol.* 4. *pag.* 49. Salmasius *ad Consecrat. Templi in agro Herodis*, Vossius *in arte gramm.* P. Gretserus *de Pronunt. cap.* 1, aliique passim apud Gronovium, & Grævium rerum græcarum Scriptores. Erant hæ sedecim numero ex Plinio *ibid.*, cui subscribit Tacitus *lib.* 11 *Annal. pag.* 158, nempe α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ: quibus Palamedes ex eodem Plinio adjecit θ ξ φ χ: totidemque ζ η ψ ω Simonides Melicus, seu Melius, quod scribit Baillius apud Scot *pag.* 800.

Quamquam Aristoteles ex eodem Plinio *ibid.* putat duodeviginti priscas fuisse, α β γ δ ε ζ ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ φ; & duas θ χ ab Epicharmo additas mavult, quam a Palamede: quod Hyginus approbat *Fab.* 277: Tzetzes improbat *Chiliad.* 12. *Hist.* 398, *v.* 49. Easdem porro literas Simonidem reperisse, testatur Hyginus *ibid.*; at Tzetzes *ibid. v.* 13 dubitat, Simonidæ Ceo ne, an alteri Samio sint tribuendæ. Consule eruditissimos nostræ Societatis PP. Joannem Harduinum *in cap.* 57 *Hist. Plinii pag.* 94, & Hermannum Hugonem *de prima scribendi Ratione, & rei literariæ Antiquitate, cap.* 3.

2. Antequam vero de singularum literarum, ac de diphthongorum pronuntiatione agimus; unum alterumve præmonemus. Primum est vocalium brevium sonum leniorem apud Græcos fuisse; latiorem vero longarum: eaque de caussa ancipites α ι υ molliorem obtinuisse sonum, quum corripiendæ; densiorem, quum producendæ erant. Quod in usu apud

Latinos fuisse colligit Lipsius *de Pronunt. cap.* 5, & *seq.* ex Victorino Afro, & Scauro; & P. Gretserus *de Pronunt. cap.* 2, ex Quintiliano *lib.* 1, *cap.* 7: nisi quod hi præterea *A* exempli gratiâ breve simplici *A* notaverint, ut *pater*; *A* vero longum, duplici, ut *maater*.

3. Alterum est, literas α δ ε ι λ μ ν ξ ο π ρ σ τ φ ψ fere olim sonuisse, quemadmodum nunc proferuntur: quare de iis nihil addendum esse putamus; reliquas vero β γ ζ η θ κ υ χ ω, vitiose nunc adeo enuntiari, ut alium prorsus jam sonum induerint; de quibus hic pauca adnotabimus, quamquam, ut usui ac tempori inserviremus, vulgarem pronuntiationem initio apposuimus.

Præc. I. de Pronuntiatione β γ ζ η θ κ υ χ ω.

1. Βῆτα, Beta, efferendum est, quemadmodum *B* latinum, quod satis figura ipsa indicat; neque omnino latinæ consonanti *V* respondet, ut hodie Græci illud enuntiant, vitiose ut pleraque. Ita Henr. Stephanus, Eusebius *Præparat. Evang. lib.* 10. *cap.* 5. Mekerchus, Joan. Clericus, Vossius *in arte gram.* Gretserus *de Pronunt. c.* 12, quod erudite probat ex Lipsio, Ausonio, Cicerone, S. Irenæo: & recentius P. Reiffenberg, idque eruit potissimum ex Platone in *Thæteto*, & ex Plutarcho in *Aristarch. lib.* 1. *cap.* 13.

2. Γάμμα sonat prorsus ut *G* latinum; nec nisi corrupte illud efferes, ut *J* latinum consonans. Itaque λέγεις enuntiabis *legis*, non *leghis*, aut *lejis*. Gretserus *ibid.* Caninius apud Scot *in Canon. Dialect.*, aliique.

3. Ζῆτα, Zeta, Græcis est jucundissimum, teste Quintiliano *lib.* 12. *cap.* 10. *pag.* 718, & Lipsio *de Pron. cap.* 14. *pag.* 463 (aliter alii licet sentiant cum Capella), & proferri debet, ut δς, qui sonus suavissimus est, nec exprimi umquam a Latinis potuit.

4. Ἦτα, Eta, oritur ab Heth densiore Hebræorum consonante. Quapropter male a quibusdam exilius profertur, ut ἰῶτα, quîcum nil habet commune. Re-

ctius

ctius ergo efferendum, ut E longum, obliquo vastoque quodam sono, inter α & ι medio, rictu minus quidem diducto, quam α; at hiantiore, minusque in ima depresso, quam ι. Ita Varro *lib.* 2. *de re rust. cap.* 1. Juvenal. *sat.* 14. *v.* 200. Pers. *sat.* 4. *v.* 13. Martial. *lib.* 5. *Epigr.* 26, *&* *lib.* 7. *Epigr.* 37. S. August. *lib.* 2. *de doctr. Christi cap.* 24, *&* *in Joan. tract.* 10. Lipsius *de Pron. c.*7, idque probat ex Ausonio, Mauro, & Capella. His subscribunt Montfaucon *in palæog.* Salmasius apud Polenum *Vol.* 2. *pag.* 49, Cuperus *in apoth.* Erasmus, Checus, Mekerchus, Clericus, Gretserus, &c.

Olim H fuit quoque aspirationionis nota, ut testantur Athenæus *lib.* 9. apud Baillium in *Ratione Spirituum pag.* 800. Lipsius *de Pron. c.* 8, Salmasius, Gruterus, Cuperus, Vossius, Gretserus, &c. Hinc factum est, ut in antiquis numerorum notis H *Centum* designaret, quum primam sedem in dictione HEKATON sibi vindicarit.

5. Θῆτα, Theta, proferendum est, ut *Th*, non ut *T*: quod corrupte hodie fit.

6. Vitiose a multis latine ac græce K enuntiatur, ut C; quum ad sonum *Q* rectius accedere debeat, ut docet Lipsius *ibid. cap.* 13, ex Prisciano, Quintiliano, Mauro, & Capella.

7. Υ ψιλὸν pronuntiandum est sono inter ι & ου medio, tamquam *u* gallicum. Quod hodie proferatur ut ἰῶτα, vitio id factum putes. Vide, si vacat, Priscianum, Maurum, Q. Terentium Scaurum, Ausonium, Verrium Flaccum, Vellejum Longum, Donatum, Cassiodorum, Caninium apud Scot, Gretserum, & Scaligerum *lib.* 1. *de causs. ling. lat. cap.* 10. qui etsi in multis dissentiat, hac tamen in re nobiscum sentit.

8. Χῖ accedit ad sonum *Ch*, lenius tamen pronuntiatum, ut vult Caninius *ibid.* Corrupte profertur hodie, ut C.

9. Ælius Dionysius affirmat Ω μέγα ore penitus hiante pronuntiandum esse; O μικρὸν vero summis labris;

eo ferme pacto, ut Caninius explicat apud Scot *pag.* 57, quo nos Itali in hac voce *Torre*, quum *auferre* significat, *o* productius & apertius sonamus; quum vero pro *Turris* accipitur, *o* correptius ac depressius.

Praec. II. de Pronuntiatione diphthongorum.

1. Sunt qui putant cum Checo, Mekercho apud Lipsium *de Pron. cap.* 11, cum Caninio *de Can. Dial.* apud Scot, cum Stephano Vintoniensi apud P. Reiffenberg *part.* 3 *differt. cap.* 3, diphthongos proprias *αι αυ ει ευ οι ου* ita esse proferendas, ut vocalis utraque, quæ in diphthongum coalescit, integra audiatur: quod Reiffenberg *ibid.* colligit ex Plutarcho *in Sympos. lib.* 9. *p.* 3, atque ex Terentiano.

Quamquam hoc minus approbant Lipsius *de Pron. c.*11, & Gretserus *de Pronunt. cap.* 9: affirmantque, hanc diphthongorum enuntiandi rationem subrusticam quodammodo esse, quam horruissent utique delicatissimæ Græcorum aures. Tum addunt, eas ita efferendas esse, ut exempli gratiâ nec integrum *α*, neque *ι* integrum; sed quiddam ex utroque mixtum percipiatur, ut Galli faciunt in dictione *paix*, pax. Idem dic de ceteris. Ratio est, quia diphthongus inde dicta est, quod mixtum sonum reddat.

3. Itáque longe deflectes a recta pronuntiatione *αι*, sive illam proferas tamquam *ε*, ut Vintoniensis putavit ex Theone Sophista; sive illam enunties, tamquam *α*, ut volunt nostrates Græci.

Nec recte pronuntiabis *αυ*, *ευ*, & *ου*, si primam efferas ut *af*; alteram ut *ef*; postremam ut *u*.

Denique *ει*, & *οι* quemadmodum hodie pronuntiantur, ut nihil admodum distent a sono simplicis *ἰῶτα*, vitiose, & corrupte pronuntiari ex eo licet colligere, quod in medium ex Lipsio paullo ante attulimus.

4. Ad diphthongos quod attinet Improprias; de pro-

pronuntiatione harum trium ᾳ ῃ ῳ magna lis est inter doctos viros. Sunt qui arbitrantur apud Gretserum *de Pron. c.*11, ᾳ prolatum olim fuisse, ut α longum: ῃ, ut η: ῳ, ut ω; adduntque ἰῶτα subscriptum nihil aut fere nihil ad pronuntiationem olim fecisse.

Sed contra alii apud eumdem putant ι subscriptum, fuisse quoque enuntiatum; quod colligunt ex Halicarnasseo *de Compos. Verb.* & ex Quint. *lib.* 1. *cap.* 7; nisi quod α in diphthongo propria αι exilius quicquam ac lenius sonaret; in diphthongo vero impropria ᾳ latiorem sonum redderet: quum enim hæc duplici constaret tempore, in ea proferenda mora longior esset facienda. Idem dicito de diphthongis impropriis ῃ, & ῳ.

Tres aliæ diphthongi impropriæ ηυ, υι, ωὺ, si pressius loqui libet, propriæ potius dicendæ sunt ex Gretſ. *de Pron. c.*11, quum duplicem, seu potius mixtum quemdam efferant sonum; nec impropriis adnumerentur, nisi ob cacophoniam, ut quidam putant apud Gretſ. *ibid.* Ergo ηυ sonuit, non ut *If*, sed ut *Eeu*: υι, ut *Vi*, quemadmodum in monosyllabo latino *Cui*; demum ωυ non tamquam *Of*, sed tamquam *Ou* sono quodam vastiore, quasi *Oou*.

Hæc de jacente jam, ac prope obsoleta Græcorum pronuntiatione attingere visum est; quæ nempe turpius fuerit ignorare Adolescentes, quam nosse gloriosum. Ceterum qui pronuntiationem græcam dolet interiisse, studetque, si Superis placet, restituere; recolat, quæ de latinâ scripsit erudite Lipsius, adeo in præsens immutata, ut intermortua videatur.

CAP. XV.

De Notis Arithmeticis Græcorum, eorumque Mensibus.

Præc. I. de Notis Arithmeticis.

1. Viginti quatuor Alphabeti literis pro notis Arithme-

rithmeticis utuntur Græci, easque in tres classes dividunt. Prima est *Unitatum* ab α usque ad ί: hæc tamen nota ϛ′ (quæ τὸ ἐπίσημον, dicitur) posita inter ἑ, & ζ′ senarium numerum adsignificat.

Altera est *Decuriarum* a κ′ usque ad ϱ′: interjectâ inter π′, & ϱ′ ad indicandum numerum nonagenarium hac nota ϛ′, quæ ἡ σκόπηνα dicitur.

Tertia est *Centuriarum* a ϱ′ usque ad ώ, additâ post ώ, hac nota πί, quæ designat nonagenarium numerum, eaque a Græcis χαρακτὴρ nuncupatur.

Singulis hisce numerorum notis Acutus in superiori parte dexteri lateris est inscribendus: (quamquam alii apud Gretserum *lib.* 3. *cap.* 33 expungunt) α′, β′, γ′, δ′, ε′, ϛ′, ζ′, η′, θ′, ί, &c. 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10.

Quod si in inferiori parte sinistri lateris acutus subscribetur, *Chilias* demonstrabitur: ͵α, ͵β, ͵γ, ͵δ, ͵ε, ͵ϛ, ͵ζ, ͵η, ͵θ, ͵ι, &c. 1000, 2000, 3000, 4000, 5000, 6000, 7000, 8000, 9000, 10000.

2. In designandis numeris utuntur quoque Græci literis majusculis: quarum aliæ Simplices dicuntur, Duplices aliæ. Simplices sunt Ι, Π, Δ, Η, Χ, Μ; ex his vero Ι denotat *unum*: Π *quinque*: Δ *decem*: Η *centum*: Χ *mille*: Μ *decies mille*.

Hæ notæ (præter Π) sive per se solæ, sive aliis adnexæ, ad quaternarium usque numerum multiplicantur: ut Ι, ΙΙ, ΙΙΙ, ΙΙΙΙ, 1, 2, 3, 4: Δ, ΔΔ, ΔΔΔ, ΔΔΔΔ, 10, 20, 30, 40: Η, ΗΗ, ΗΗΗ, ΗΗΗΗ, 100, 200, 300, 400: Χ, ΧΧ, ΧΧΧ, ΧΧΧΧ, 1000, 2000, 3000, 4000: Μ, ΜΜ, ΜΜΜ, ΜΜΜΜ, 10000, 20000, 30000, 40000.

Duplex vero litera dicitur, quæ alias literas in se inclusas habet: eaque est unica litera Π, quæ nunc Δ, nunc Η, nunc Χ, nunc Μ in se continet, notatque numerum, (cujus litera inclusa nota est) quinquies multiplicatum. Ita |Δ| notat 50: |Η| 500: |Χ|, 5000: |Μ| 50000.

3. Postrema Græcis est numerandi ratio, quum

Alpha-

Alphabeti literis, accentu quolibet expuncto, utuntur ita, ut, quotum locum quæque litera in Alphabeto teneat, ejusdem loci numerum indicet ac repræsentet. Atque ita α significat 1: β 2: γ 3: δ 4, &c. Hac numerandi ratione distinguuntur Iliados, & Odysseæ libri: unde Iliad. λ, undecimum; ω, vicesimum quartum Homeri librum ostendit.

4. Quum numeri componuntur, major numerus minorem præit. Habes omnia in Tabula, in qua latini numeri græcis ex adverso respondent.

I,	α',	I,	1.
II,	β',	II,	2,
III,	γ',	III,	2.
IIII,	δ',	IIII,	4.
Π,	ε',	V,	5.
ΠI,	ϛ',	VI,	6.
ΠII,	ζ',	VII,	7.
ΠIII,	η',	VIII,	8.
ΠIIII,	θ',	VIIII,	9.
Δ,	ι',	X,	10.
ΔI,	ια',	XI,	11.
ΔII,	ιβ',	XII,	12.
ΔIII,	ιγ',	XIII,	13.
ΔIIII,	ιδ',	XIIII,	14.
ΔΠ,	ιε',	XV,	15.
ΔΠI,	ιϛ',	XVI,	16.
ΔΠII,	ιζ',	XVII,	17.
ΔΠIII,	ιη',	XVIII,	18.
ΔΠIIII,	ιθ',	XVIIII,	19.
ΔΔ,	κ',	XX,	20.
ΔΔΔ,	λ',	XXX,	30.
ΔΔΔΔ,	μ',	XXXX,	40.
ΙΔΙ,	ν',	L,	50.
ΙΔΙΔ,	ξ',	LX	60.
ΙΔΙΔΔ,	ο',	LXX,	70.
ΙΔΙΔΔΔ,	π',	LXXX,	80.

ΙΔΙ ΔΔΔΔ,	ϙ',	xc,	90.
H,	ρ',	c,	100.
HH,	σ',	cc,	200.
HHH,	τ',	ccc,	300.
HHHH,	υ',	cccc,	400.
ΙΗΙ,	φ',	IƆ,	500.
ΙΗΙ H,	χ',	IƆc,	600.
ΙΗΙ HH,	ψ',	IƆcc,	700.
ΙΗΙ HHH,	ω',	IƆccc,	800.
ΙΗΙ HHHH,	ϡ',	IƆcccc,	900.
X,	͵α,	CIƆ,	1000.
XX,	͵β,	CIƆ CIƆ,	2000.
XXX,	͵γ,	CIƆ CIƆ CIƆ,	3000.
XXXX,	͵δ,	CIƆ CIƆ CIƆ CIƆ,	4000.
ΙXΙ,	͵ε,	IƆƆ,	5000.
M,	͵ι,	CCIƆƆ,	10000.

Et sic deinceps. Atque ita annum 1751 notabis literis majoribus hoc pacto, X. ΙΗΙ. HH. ΙΔΙ I.; literis vero minoribus, ͵α, φ, σ', ν'. Consule P.Grets. *lib.* 3. *cap.* 33, Adrianum Amerotium *de Notis Arithm.* Petrum Haguelonum *in Kalend. Trilinqui* apud Gronovium *Vol.* 9. *pag.* 1023.

Præc. II. de Græcorum Mensium Appellationibus, eorumque Distributionibus.

MEnses omnium primum instituisse Mercurium, memoriæ prodidit Abrahamus Ortellius in Opere *de Diis ac Deabus* apud Gronovium *Vol.* 7, *pag.* 268. At ut de græcis dicam: non eamdem fuisse apud Græcos veteres Mensium appellationem, tradunt præter ceteros Adrianus Amerotius *de Notis Arithmeticis*, Scaliger *de Emendat. Temp. lib.*1, Joan. Baptista Crophius *de Antiquitat. Macedon. cap.* 5 apud Gronovium *Vol.* 2, *pag.* 2905, Joan. Meursius *Athen. Attic. lib.*2.*cap.* 1, apud eumdem *Vol.* 4, *pag.* 855, Petrus Haguelonus in *Kalend. Triling.* apud eumd. *Vol.*9,

*Vol.9, p.*1025, Joan. Lalamantius *de Anno Maced.* apud eumd. *Vol.9, p.* 1055, & iterum de *Anno Attico p.* 1062.

Peculiaribus itaque nominibus Menses suos insigniverant Athenienses, Græci, Bythinienses, Cappadoces, ac denique Macedones, qui suarum urbium, fluminumque nomina, quæ religiosissime colebant, suis mensibus indiderunt, ut refert Jacobus Sponius *in Miscell. Erudit. Antiquit.* apud Polenum *in Suppl. Vol. 4. pag.* 652. De Atheniensium mensibus hic tantum dicemus: de quorum appellatione docti viri conveniunt, licet qua ratione latinis respondeant, inter se diffideant.

2. Itaque secundum Gazam, Haguelonum, Lalamantium, & Amerotium *in loc.cit.* ἑκατομβαιὼν respondet Junio: μεταγειτνιὼν Julio: βοηδρομιὼν Augusto: μαιμακτηριὼν Septembri: πυανεψιὼν Octobri: ἀνθεστηριὼν Novembri: ποσειδιὼν Decembri: γαμηλιὼν Januario: ἐλαφηβολιὼν Februario: μουνυχιὼν Martio: θαργηλιὼν Aprili: σκιῤῥοφοριὼν denique Majo.

At secundum Scaligerum πυανεψιὼν est September: μαιμακτηριὼν October: ποσειδιὼν November: γαμηλιὼν December: ἀνθεστηριὼν Januarius. In ceteris distributio Scaligeri cum priore convenit; quæ satis comprobatur duabus marmoreis inscriptionibus in Græcia erutis, quas describit Sponius *in itin. Græciæ.*

Eruditissimus P. Dionysius Petavius S.J. id unum diffidet a Scaligero, quod putet μαιμακτηριὼν respondere Septembri; Octobri vero πυανεψιὼν.

Xylander in fine *adnot. ad vitas Plutarchi* existimat, ἀνθεστηριὼν respondere Latinorum Martio.

3. Hæc numerandi ratio ideo apud Athenienses obtinuit, quod hi Solstitio æstivo (quod apud nos in diem circiter 21 Junii incidit) annum auspicabantur, observato potissimum cursu Lunæ. Hoc ostendit Joan. Lalamantius *de Anno Attico* apud Gron. *Vol.9.pag.*1061, ex Platone *lib. 6 de Leg.*, ex Simplicio *in lib.5, Phys. Aristot.*, ex Theophrasto *lib. 3 cap. 6, & lib.4 cap.12,* ex Demo-

ex Demosthene *Olynth.* 3, & orat. *de Corona.*

4. Dividunt autem Græci menses suos, qui nec plus nec minus diebus triginta constant, in tres Decurias. Primam itaque dicunt ἱσταμένου, sive ἀρχομένου μηνὸς, instantis, vel ineuntis mensis. Alteram μεσοῦντος, vel ἐπὶ δεκάδι, medii mensis, vel supra decem. Tertiam φθίνοντος, vel λήγοντος, vel ἀπιόντος, vel ἐπὶ εἰκάδι, præcipitantis, desinentis, exeuntis, vel supra vicesimum diem. In tertia hac decuria ordine numerorum retrogrado frequentius utuntur Græci; non secus ac Latini in suis Nonis, Idibus, & Kalendis faciunt.

5. Primum mensis diem vocant Νουμηνία, Novilunium: quum scilicet mensem Luna inchoat: extremum mensis diem vocant ἕνη καὶ νέα, Vetus, ac Novus: quippe inter elapsum proximeque sequentem mensem intercedit. En schema.

1	Kalendæ	Νουμηνία	ἱσταμέ-	16	XVI.	ἕκτη	
2	IIII.	δευτέρα	νου, vel	17	XV.	ἑβδόμη	
3	III.	τρίτη	ἀρχο-	18	XIV.	ὀγδόη	
4	Prid.Non.	τετάρτη	μένου.	19	XIII.	ἐννάτη	
5	Nonæ.	πέμπτη		20	XII.	εἰκάς	
6	VIII.	ἕκτη		21	XI.	δεκάτη	φθίνον-
7	VII.	ἑβδόμη		22	X.	ἐννάτη	τος, vel
8	VI.	ὀγδόη		23	IX.	ὀγδόη	ἐπὶ εἰ-
9	V.	ἐννάτη		24	VIII.	ἑβδόμη	κάδι.
10	IIII.	δεκάτη		25	VII.	ἕκτη	
11	III.	πρώτη	μεσοῦν-	26	VI.	πέμπτη	
12	Prid.Id.	δευτέρα.	τος vel	27	V.	τετάρτη	
13	Idus.	τρίτη	ἐπὶ δε-	28	IIII.	τρίτη	
14	XVIII.	τετάρτη	κάδι.	29	III.	δευτέρα	
15	XVII.	πέμπτη		30	Prid.kal.	ἕνη καὶ νέα	

Quamquam & Latinorum mensium, eorumque supputationem, numerandique rationem imitantur etiam Græci: ut πρὸ δ' νωνῶν ἀπριλλίου, quarto nonas Aprilis, &c.

LITE-

LITERARUM NEXUS.

ει	ει	ην	ην	ȣ	ου	χ	σχ
εν	εν	καὶ	καὶ	ρι	ρι	τα	τα
ἐπὶ	ἐπὶ	ϗ	καὶ	σι	σι	υι	υι
ἐστὶ	ἐστὶ	λλ	λλ	σπ	σπ	υν	υν
ευ	ευ	μεν	μεν	ϛ	στ	ος	ος

ADMONITIO.

PAg. 268, 269, 270, & 271 *delenda sunt octo primæ exempla, quæ ad Prosodiam confirmandam adducta sunt, tamquam ex Homeri Odyssea. Ea quum in adversaria retulissem, bona fide producebam. Verum ex Odyssea non sunt; eorum igitur loco hæc repone.*

Pag.268.v.36.

*Iliad.*23.*v.*18.Χαῖρέ μοι ὦ Πάτροκλε ϗ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι.
Salve mihi o Patrocle in Plutonis ædibus.

Pag. 269. v. 14.

*Iliad.*12.*v.*10.Ὄφρα μὲν Ἕκτωρ ζωὸς ἔην, ϗ μήνι᾽ Ἀχιλλεύς.
Quamdiu quidem Hector vivebat, & irascebatur Achilles.

Pag. 269. v. 26.

*Batr.v.*31. Σύκοις ϗ καρύοις ϗ ἐδέσμασι παντοδαποῖσι.
Ficubus & nucibus & eduliis omnigenis.

Pag. 269. v.28.

Ili. 2.*v.*403. Πίονα, πενταέτηρον ὑπερμενεῖ Κρονίωνι.
Pinguem, quinquennem bovem litavit *valde potenti Saturno.*

Pag.270.v.27.& 28.

*Iliad.*12.*v.*11.Καὶ Πριάμοιο ἄνακτος ἀπόρθητος πόλις ἦεν.
Et Priami Regis incolumis Urbs erat.

Pag.270.v.34.

*Iliad.*15.*v.*1.Αὐτὰρ ἐπεὶ διά τε σκόλοπας ϗ τάφρον ἔβησαν.
Sed postquam transque palos, & fossam iverunt.

Pag. 271. v. 1.

Iliad. 2. Οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον. Qui Zacynthum habitant.

ORA-

ΠΑ'τερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Ἀμήν.

Salutatio Angelica.

ΧΑῖρε Μαρία κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου Ἰησοῦς. Ἁγία Μαρία μῆτερ τοῦ Θεοῦ προσεύχου ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν, νῦν καὶ ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ θανάτου ἡμῶν. Ἀμήν.

Symbolum Apostolorum.

ΠΙστεύω εἰς τὸν Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ, καὶ γῆς· καὶ εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, ἕνα μόνον Κύριον ἡμῶν· συλληφθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου· παθόντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, σταυρωθέντα, θανόντα, καὶ ταφέντα· κατελθόντα εἰς ᾅδου, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ Θεοῦ πατρὸς τοῦ παντοκράτορος, ὅθεν μέλλει ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύω εἰς Πνεῦμα ἅγιον, ἁγίαν Ἐκκλησίαν καθολικὴν, Ἁγίων κοινωνίαν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ ζωὴν αἰώνιον. Ἀμήν.

Decalogus.

α'. ΕΓώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου· οὐκ ἔσονταί σοι Θεοὶ ἕτεροι, πλὴν ἐμοῦ· οὐ ποιήσεις ἑαυτῷ εἴδωλον, οὐ προσκυνήσεις αὐτῷ.

β'. Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ· οὐ γὰρ μὴ καθαρίσει ὁ Κύριος τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ.

γ'. Μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων ἁγιάζειν.

δ'. Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα γένῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι.

ε'. Οὐ

ε'. Οὐ φονεύσεις.
ϛ'. Οὐ μοιχεύσεις.
ζ'. Οὐ κλέψεις.
η'. Οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ.
θ'. Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου.
ι'. Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ; οὔτε τοῦ βοὸς αὐτοῦ, οὔτε τοῦ ὑποζυγίου αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τῷ πλησίον σου ἐστί.

Canticum Ss. Deiparæ.

Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον.
Καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου.
Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί.
Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς; καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ.
Καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.
Ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ, διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν.
Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς.
Πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς.
Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους αὐτοῦ.
Καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.

Hymnus ad Ss. Deiparam.

Χαῖρε δέσποινα, μῆτερ ἐλέους, ζωὴ, γλυκύτης, καὶ ἐλπὶς ἡμῶν χαῖρε· πρὸς σὲ βοῶμεν οἱ τῆς Εὔας ἐξόριστοι παῖδες. πρὸς σὲ ἀτενίζομεν στενάζοντες, καὶ θρηνοῦντες ἐν τῇδε τῇ τοῦ κλαυθμῶνος κοιλάδι. Ἄγε δὴ συνήγορε ἡμῶν, τοὺς εὐσπλάγχνους σου ὀφθαλμοὺς ἐφ' ἡμᾶς ἐπίστρεψον, καὶ Ἰησοῦν τὸν εὐλογημένον καρπὸν τῆς κοιλίας σου μετὰ τὴν ὑπερορίαν ταύτην ἡμῖν ἀνάδειξον ὦ ἐπιεικὴς, ὦ εὔσπλαγχνε, ὦ ἡδεῖα παρθένε Μαρία. Ἀμήν.

		Errata	Corrige
		αα	αι.
Pag. 18	v. 21	αστε	αστι.
pag. 93	v. 15	μελήσειαι	μελήσει.
pag. 97	v. 1	τυπτίη	τυπτέα.
pag. 99	v. 28	δέδηαι	δέδηα.
pag. 101	v. 27	τέθνηθι	τέθναθι.
pag. 106	v. 6	φλεῖ	φιλεῖ.
pag. 108	v. 7	ἴσαν	ἴσοι.
pag. 100	v. 36	ἀνα	ἕνα.
pag. 126	v. 17	κατασκευάζειν	κατασκευάζαν.
pag. 135	v. 10	τῦ παντὸς	τοῦ παντός.
pag. 140	v. 6	tribuitur	tribuimus.
pag. 147	v. 35	εμμαι	αμμαι.
pag. 148	v. 10	ωμαι	ημαι.
pag. 151	v. 22	ηχα	ηχα.
pag. 153	v. 3	Μυρμηδόνεσσιν	Μυρμιδόνεσσιν.
pag. 153	v. 35	προτεύω	πρωτεύω.
pag. 186	v. 37	obruptæ	obrutæ.

F I N I S.

